Conspectus materiae medicae selectioris. : Quo eliminatis plurimam partem obsoletis, medicamenta usitatiora, tam simplicia, quam composita, ... exhibenter ... iussu et auctoritate illustris senatus, cura et opera Collegii Medici praescriptus et adornatus.

Contributors

Regensburg (Germany). Collegium Medicum.

Publication/Creation

Ratisbonae : Sumptibus Joannis Conradi Peezi, 1727.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/arypvwkx


License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org





The Library of the Wellcome Institute for the History of Medicine

OF
LONDON
DEPOSIT

Accession Number

PHARMACOPOEIAS, Regenstrary



CONSPECTUS MATERIÆ MEDICÆ SELECTIORIS.

QUO

ELIMINATIS PLURIMAM PARTEM OBSOLETIS,

MEDICAMENTA USITATIORA,

TAM SIMPLICIA,

CUM RECTA EORUNDEM PRÆPARATIONE,

QVAM COMPOSITA,

CUM CONCINNIS FORMULIS, SERIE ALPHABETICA, EXHIBENTUR,

COMMUNIS' NORMÆ INSTAR,

PHARMACOPOLIS RATISBONENSIBUS

JVSSV ET AVCTORITATE

ILLUSTRIS SENATUS

CURA ET OPERA


COLLEGII MEDICI

PRÆSCRIPTUS ET ADORNATUS.



RATISBONÆ,

Sumptibus JOANNIS CONRADI PEEZIL



MEDICAMENTA

CUM RECTA FORUNDEM PR



RATISBONES

Sumptibus JOANNIS CONRADI PERTIL M DCC XXVIL

S. R. I.

LIBERÆ AC AUGUSTÆ REIPUBLICÆ

RATISBONENSIS

PATRIÆ PATRIBUS,

DOMINO

CAMERARIO,

TOTIQUE

SENATORIO ORDINI,

VIRIS

GENERIS NOBILITATE, MUNERUM GRAVI-TATE, CONSILIORUM PRUDENTIA, MERITORUM IN PATRIAM PRÆSTANTIA

ILLUSTRIBUS, MECOENATIBUS

ATQUE

PATRONIS

ÆTERNUM COLENDIS

LABOREM HUNC PHARMACEUTICUM

EA, QVA DECET, PIETATE

D. D. D. munod inmod

COLLEGIUM MEDICUM RATISBONENSE.


tutaque fatis, confiftere necesity niss cicium animi bonis au tibus excolantur, horumque fanitas uel firmetur, uel labe



VIRI ILLUSTRES ET AMPLISSIMI &c.

TATE, CONSILITATE, MUNERUM GRAVI-TATE, CONSILIORUM PRUDENTIA, MERITORUM IN PATRIAM PRÆSTANTIA

MECOENATIBUS,



majus homini bonum contingere potest, quam si uegetum corpus animus incolit, studiis innutritus, & singula ejus membra uiuido suo uigore illibata tuetur. Hinc priuata felicitas, hinc publica salus dependet: quæ sarta diu, tutaque satis, consistere nequit, nisi ciuium animi bonis artibus excolantur, horumque sanitas uel sirmetur, uel labefactata factata restauretur. Quod cum dudum jam probe perspexisset sagax antiquitas, uaria excogitauit adminicula, queis optimi quique tam necessarium integri corporis, doctaque mentis, nexum sibi compararent, uitaque hujus prosperitatem consequerentur. Adeo, ut maximus ille Macedonum regum pentagonon, in quo treela scripta erat, pro symbolo & testimonio, quanti felix hoc corporis animique commercium haberet, sibi elegerit, & Antiochus non alio consilio illud nummis imprimi curauerit, nisi ut, tanquam perpetuum mnemosynon, in posterorum memoriam transmitteretur. Quorum exempla & VOS, VIRI ILLUSTRES, imitati, conseruando hoc uinculo, ceu Reipublica VESTRA fundamento, prouidi semper inuigilastis, & bona mentis cultura, corporumque fanitate in ciuibus VESTRIS VOBIS prius nihil, nihil unquam fuit antiquius. Nota sunt, neque prolixius recensere uel instituti ratio, uel pagina angustia, permittit, subsidia illa, qua pro exornandis ingeniis, cultaque doctrina imbuendis, à VOBIS suppeditata sunt, & adhuc subministrantur, ab indigenis non solum, sed ab exteris quoque, nunquam satis deprædicata. Nec minora quoque exstant VESTRI, quo incolarum incolumitatem complectimini, amoris documenta: quem, ut ex multis pauca attingamus, tot sanitatis præsidia, in languentium factata restauretur. Quod cum dudum jam probe percomplectimini, amoris documenta: quem, ut ex multis pauca attingamus, tot fanitatis præfidia, in languentium commoda erecta, & à VOBIS fingulari munificentia fustentata, luculenter produnt, nec non nuperrima, eaque fatalia inprimis, abuncte testantur tempora, utinam nunquam reuersura! Ut hospes certe sit, oportet, qui ignorare; impius, qui negare illa ausit. Quin imo ex omnibus minimum etiam non est, quod præsens hoc opusculum, jam pridem à VOBIS desideratum, nunc uero auspiciis VESTRIS à nobis concinnatum, in usum publicum liberalitate VESTRA emittatur. Dignissimi itaque querna illa corona, quæ in Veterum nummis apparet cum lemlemlemmate: OB CIVES SERVATOS. Quapropter etiam tenui huic libello, quem, pia ducti observantia, AMPLISSIMIS VESTRIS NOMINIBUS inscribimus, propitium uultum non uani pollicemur; & hoc beneuolentiæ genus, si impetrauerimus, animos nostros accendet, ut, studiis & officiis nostris ulterius VOS demereri, nunquam desistamus. De cætero Deo Opt. Max. supremo salutis nostræ statori, supplicamus, ut VOS pios, prudentes, consiliis ualentes, corporibus incolumes, sera posteritate secundos præstet, atque slorentes. Plura non addimus, nam uenerabundo potius silentio, quam incompto uerborum ambitu, colit ac suspicit

ILLUSTRIA atque AMPLISSIMA NOMINA VESTRA

deuotissimum

COLLEGIUM MEDICUM RATISBONENSE.



AD LECTOREM.

tanquare frellantrocent, aut eleganiement, pharmaca

pins intum shemque, disterfs in disterfus emeints elabor

nes atta pharmacia non completiture, diferenam


Um omnium conspectui hunc mateteriæ Medicæ conspectum offerimus, in limine statim lectores morari, & pauca quædam præfari, consultum duximus, ut, quo consilio collectus, quibusue de causis luci publi-

cæ commissus fuerit, omnibus patesceret; ne, ipsum opus properanter ingressi, præmaturis, iisque sinistris, judiciis onerare illud contendant, quæ promeruisse, neutiquam Non peruersus equidem ille scriptitandi pru-Speramus. ritus nos impulit, & seculi cacoethes, qua plurimi, ceu pica laborant, & cruda non minus, quam cocta, inconsiderate, & inuita Minerua, imo Lucina, abortiunt potius, quam enituntur, ut, si non famam, uile tamen lucellum, aucupentur. Sed justa AMPLISSIMI SENATUS desideria, suosque juuandi ardor, ad suscipiendum hoc opus, nos inflammarunt, ut, more aliarum bene constitutarum provinciarum & Rerumpublicarum, etiam in hac ciuitate extaret dispensatorium, quod pharmacopæis nostratibus pro communi quadam norma esset, secundum quam medicamenta præparare & componere obligarentur,

tur; nobis autem, lapidis instar Lydii, inserviret, ad quem præparata aeque, ac composita reuocare, & in uisitationibus annuis examinare, tuto liceret. Licet enim, in defectu hujus, peculiare interim Magnificorum rei pharmaceutica Directorum mandatum ad pharmaciam Augustanam ipsos adstringeret, sieri tamen non potuit, ut his limitibus diu continerentur, quin mox alius alium, tanquam præstantiorem, aut elegantiorem, pharmaca sua componendi modum arriperet, unde ingens enata est medicamentorum, & præcipue illorum, quorum descriptiones dicta pharmacia non complectitur, discrepantia, & sepius unum idemque, diuerse in diuersis officinis elaboratum, tantum ab altero differebat, ut idemne, an aliud, esset, uix Oedipus diuinaret. Non poterant non agre ferre declinationem istam Grauissimi Directores, & ulceri buic medelam quærentes, de condendo dispensatorio cogitationes suas renouare cœperunt, nobisque, AMPLIS-SIMI SENATUS suffragiis suffulti, operis maturationem gratiose demandarunt. Igitur animis studiisque concordes consedimus, solicite, apum more, undique conquirentes, que in scopum collimare, & usum conferre, uidebantur, quibus in certas classes digestis, obsoletis uero, que in nullius utilitatem, nisi tinearum & uermium prædam, hactenus afferuata erant, maximam partem fegregatis, simplicia quoque adjecimus. Quippe qua non minori consideratione digna sunt, &, an rite praparata Sint, scire, nostra permagni interest; quia uitium, in his commissum, in composita dimanat, & eo nocentius tunc est, quod ferme non prius, nisi cum agrotantium damno, animadvertatur. Utrum autem tam felices esse, nobis contigerit, ut uotorum, que Clarissimi Viri, Ludouici & Riuinus potissimum, pro materia Medica, à sordibus repurganda, conceperunt, compotes facti simus, ipsi affirmare non audemus. Nam si uel maxime in id incubuis-semus, considerandum tamen erat, nobis non solis patere offi-

officinas, sed quotidie à plebejis, nec non aliis, nobis inconsultis, ejusmodi inde peti, & à Medicis, in uicinia Medicinam factitantibus, accersi, que, si res penes nos solum stetisset, locum hic non invenissent. Opus ergo tam nitidum, omnibusque numeris absolutum, inter pia desideria potius referri meretur, cum Deo & die forsitan consequenda. At at nihil ex nobis profectum, omnia ex aliis compilata, & ex nouem pharmaciis decimam confectam esse, quiritaris censor! sed, bona uerba, quasumus, & ne negligentia, vel desidia prorsus, tribuas, qua prameditato consilio facta sunt, serio te monemus. Non enim in laudis aucupium, & doctrinæ oftentationem, apparata sunt, quæ uides, sed, quod crebrius jam dictum, in salutem publicam unice destinata; que rectius conservari non poterat, nisi ea retinerentur, qua exercitatissimorum in arte nostra Virorum auctoritas subministrauit, experientia consirmauit, usus nobilitauit. Leue etenim negotium fuisset, nouas fingere formulas, hasque illis substituere, sed quem in finem, aut fructum? Forte, ut priora remedia egregia, - & probata, situ in officinis consumerentur, noua uero, inexperta, & magnis sumtibus comparata, non sine agrorum periculo, in usum uocarentur, & sic haberent proterui & insolentes obtrectatores, quod, Medicos experimenta per mortes agere, cum Plinio jure nobis objicerent. Hinc etiam merito dubitauimus, temere quædam immutare, demere, uel addere, & ingredientia, qua hinc inde in formulis dispersa, & confusa conspiciuntur, sedibus suis restituere, ne, dum reformare quadum tentauerimus, deformata illa maleuoli criminentur, sua suis intacta potius relicturi, unde mutuo accepimus. Vires insuper remediorum, hic omissas, frustra dolet, & inuidia nos incusat, qui medendi methodum non callet: sine qua apte de illis judicare nemo ualet, & sanitati sua male consulit, quicunque encomiis & pollicitationibus istis, quas faustus euentus non raro destituit, nimium considit; hac autem)()(2 cognita

cognita, neque ignota esse possunt, neque infeliciter adhiberi, quamuis silentio prætereantur. His quoque ex causis in eam, qua catera dispensatoria turgent, molem non excreuit, sed pauciori paginarum numero comprehenditur, utilitate tamen, si nobis ipsi non inepte blandimur, reliquis non inferius. Tandem certum singulis medicamentis pretium constituimus, & æquum, quod, sub taxae nomine, in seriem Alphabeticam relatum, & indice Germanico instructum, calci libri adjiciendum curauimus. Quod si plura quis à nobis requirat, & mancum mutilumque laborem hunc causetur, legat, quod à Seneca olim proditum fuit: Multum egerunt, qui ante nos fuerunt, sed non peregerunt: multum adhuc restat operae, multumquerestabit,neque ulli nato post multa seculapraecidetur occasio, aliquid adhuc adjiciendi.





DISPENSATORIUM PHARMACEUTICUM RATISBONENSE.

A.

ACacia Ægyptiaca Succus.

ACETORUM SELECTUS.
ACETUM BEZOARDICUM
MYNSICHTI.

Pharm. Argent. pag. 2.

R. Radicis feorzoneræ,
angelicæ,
dictamni albi ana unciam unam,
tormentillæ,
zedoariæ,
enulæ campanæ ana unciam femis,

camphoræ drachmam unam semis. Pulverisatis & mixtis affunde Spiritus vini & aceti vini sambucini ana ad sex digitorum supereminentiam, stentin vitro optime clauso, donec perfecte tingantur, postea filtrentur & ad usum serventur.

Acetum rofarum,

Per infusionem paranda cum aceto destillato. cum, adapta re. A chs viccum & len igne defililacionem inches, tie ab ini

ACETUM SQUILLITICUM.

R. Squillæ præparatæ libram unam, aceti acerrimi libras octo. Fiat digestio per aliquot dies, dehine filtratio.

ACETUM THERIACALE.

Pharm. Aug. Ren. pag. 94.

R. Radicis chelidonii majoris unciam unam femis,

angelicæ,
oftrutii,
gentianæ,
biftortæ,
valerianæ,
pimpinellæ,
dictamni albi,
carlinæ,
zedoariæ ana drachmam
unam,
plantaginis majoris drach-

plantaginis majoris drachmam unam femis, rum feordii.

foliorum feordii, cardui benedicti, dictamniCretici ana pugillos duos,

corticum & feminum citri ana

A

grano-

granorum juniperi drachmas duas, nucleorum nucum juglandium uncias duas,

fantali citrini drachmam femis, infundantur omnia in

aceti rutacei libris quatuor, atque sic in vitro probé clauso infusa permaneant.

ACETUM VINI SIMPLEX.

Nota: quò melius vinum, eò melius acetum; hinc bonæ notæ acetum eligendum est.

ACETUM VINI DESTIL-LATUM.

R. Aceti vini bonæ notæ quantum fatis, inde retortæ, ita, ut tertia circiter pars vacua remaneat, immitte deinderetortam in catinum arena repletum, adapta recipiens vitrum & leni igne destillationem inchoa, sic ab initio destillabit pars aquosior. Quando phlegma jam prodiit, id quod quidam tanquam inutile rejiciunt, sed malé, lutandæ vasorum juncturæ & ignis fortius urgendus, fic spiritus aceti albissimi elevabuntur. Übi circiter duæ partes exstillarunt, & in recorta apparuit fubstantia melliformis, tune ab operatione cessandum, ne empyrevmaticus existat spiritus.

Ægagropilæ. ÆS USTUM.

Pharm. Aug. Ren. pag. 249.

Æris bracteæ in fictile immittantur, interposito inter singulas lamellas salis communis aut sulphuris pulvere, atque sic stratum super stratum paretur, quod igne sufficienter uratur; calx vel cinis relictus aqua calida sæpius affusa edulcoretur; qui rubicundus evadità sale vel nitro, nigerautem, sicum sulphure præparatur.

ÆTHIOPS MINERALIS.

Disp. Brand. pag. 3.

R. Mercurii currentis probe aceto & sa-

A.

le depurati, à sale rursus abluti ac optime exsiccati uncias quatuor, storum sulphuris uncias tres, misceantur in mortario vitreo, pistillo perinde vitreo, aut ligneo exacté mundo, sedulo pistillum circumrotando subigantur, donec mercurius storibus mixtus plané dispareat, nec usquam ejus quicquam aut vestigium aliquod appareat; sed solicité subactus & in pulverem tenuissimum fusci coloris redactus, remporis tandem tractu in nigerrimum vertatur.

Agaricus albus electus. Album gracum. Aloë caballina. Aloë hepatica.

ALOE SVCCOTRINA DE-PURATA.

Disp. Brand. pag. 3.

R. Aloës succotrinæ quantum vis, solve aquâ fontanâ simplici (etiam absque coctione, ut quibusdam placet) solutam filtra, & in balneo vaporoso exhalando ad consistentiam pilularum inspissa.

ALOE INSUCCATA.

Disp. Brand. pag. 4.

Ry. Aloës fucco rofarum folutæ & inspiffatæ libram unam, fucci rofarum,

violarum purpurearum, borraginis,

buglossi ana quantum sufficit, imbibatur & denuo exsiccetur, usuique servetur.

ALOE INSUCCATA TAR-TARISATA.

Disp. Brand. pag. 4.

R. Aloës præscriptæ insuccatæ uncias sex, cremoris tartari uncias duas, misceantur exacté & pro usu serventur.

> Alumen crudum, Alumen plumofum.

> > ALU-

A. ALUMEN USTUM.

Pharm. Aug. Ren. p. 250.

R. Aluminis quantum volueris, ponatur in fictile novum & tamdiu uratur, donec totum alumen, spiritibus expulsis, porosum & quasi spumosum evaserit.

Ambra gryfea. nigra. Amygdala amara. dulcia.

Amylum. Anacardia. Antheræ liliorum albo-

ANTIHECTICUM PO-TERII.

Disp. Brand.pag. 5.

18. Reguli antimonii martialis stellati
partem unam,

Jovis Anglici partes duas.

Colliquata fuccessive præmittendo regulum Jovi, in crucibulo tecto, in pulverem comminue, cui adde nitri optimé depurati(aut cum fale armoniaco ex arte combinati, cujus methodum vide sis apud authoremManiumPoterianorum) triplum totius, & exacté misce. Mixta in crucibulo forti & ignito fatis capaci, fuccessive fingulis vicibus drachmam circiter injiciendo, detona, cave, ne inter detonandum heterogenei quid, carbonum præsertim incidant, postea crucibulo tecto, igne auctiori liqua, stentque in fluore horæ quadrantem circiter, refrigeratæ & in pulverem fubtilem redactæ massæ, aquam pluviam calentem affunde, ac nitri potiorem partem, pistillo sæpius agitando, elue, effunde lacleum inde prolectum liquorem, idque itera, donec in fundo nil nisi arenulæ & impuritates, inter colliquandum fortaffis illapfæ, reliquæ fint. Emulfiones omnes in vitrum amplum & capax effufæ stent loco quieto tectæ, donec subsideant, tum decantata & per emporeticam colata aqua pulvis candidiffimus

A.

ficcetur lento ac leni calore, pro antihectico communi fatis efficaci.

Antimonium crudum. BUTYRUM ANTIMONII.

Pharm. Aug. Ren. pag. 294.

14. Mercurii fublimati corrofivi,

antimonii electi ana libram unam, pulverifata in mortario marmoreo optime mifceantur, cavendo à fumo exhalante & retortæ, tertiam circiter ejus partem vacuam linquendo, injiciantur, fuper infufo uno alterove aquæ fimplicis cochleari. Postea ex arena fiat destillatio in liquorem crassum instar butyri, quem dein cinnabaris, sensim ad latera colli retortæ adhærens insequitur; quæ fracta retortâ colligatur, & aliquoties aquâ fontanâ abluatur, butyrum vero per residentiam depuretur.

CINNABARIS ANTIMONII.

Quia ex eodem processu cinnabaris antimonii obtinetur, dissus hujus descriptioni supersedere placuit.

CLYSSUS ANTIMONIL

Difp. Brand. pag. 45.

R. Antimonii crudi,

nitri,

fulphuris, ana quantum vis. Pulverifata mifce & in retortam tubulatam inferné candentem, recipiente capaci, cui aliquid aquæ simplicis, aut alterius appropriatæ qualiscunque, veluti carduibenedicti, florum fambuci &c.&c. infusum adaptato, nec exacté nimis lutato successivé cochleatim (sed cave nimium, drachmam force femis fingulis vicibus) ingere, ac mox exacté frustulo luti madidi linteolo involuti tubulum claude, ubi nebulæ in recipiente cessaverint, perge ingerendo, donec omnis materia ingesta detonuerit, tum spiritum omnem in retorta collectum à cuticula supernatante, retortam hine inde agitando eluenda per filtrum separa, atque aquam, fi fimplicem adhibueris, à clyffo leniter abstrahendo separa, huncque in vafe optimé claufo ferva.

A 2 Anti-

ANTIMONIUM DIAPHO-RETICUM.

Pharm. Aug. Ren. pag. 319.

By. Antimonii optimi libram unam, falis petræ depurati & ficcati libras

Pulverisata & bene mixta in crucibulum ignitum successive injiciendo detonentur, quo peracto, aqua fontana frigida copiosa massa diluatur, & commovendo pulvis subtilior cum ea decantetur, exsiccandus, postquam resederit & probe edulcoratus suerit. Aqua verò exhalando suppeditat nitrum antimoniatum, quod seorsim pro usu est asservandum.

ANTIMONIUM DIAPHO-RETICUM REGULI-NUM.

Schröd. pag. 429.

Reguli antimonialis partem unam, nitri crystallisati partes tres,

fluant super carbones per horam, dein edulcora, separando reguli grumos, qui in sundo colliguntur. Pulvis leni igne exsiccatus dicitur cerussa antimonialis. Hunc pulverem si denuo cum nitro calcinaveris, vel sine sussione ad citrinum colorem reverberaveris, planè sit diaphoreticus, diciturque cerussa diaphoretica.

ANTIMONIUM MARTIA-LE CACHECTICUM

Difp. Brand. pag. 6.

Antimonii crudi fubtiliffimé pulverifati,

limaturæ chalybis aut ferri fubtilifli-

ac purissimæ partes æquales, nitri optimé depurati triplum respe-

Misce conterendo exquisité, tum successivé in crucibulo forti & valde capaci ignito paulatim & per vices detona, expectando semper, donec antecedens ab ebullitione cessaverit & liquesa-

A.

ctum fuerit, admodum enim ebullit; ac nisi cauté ac tardé processeris, atque crucibulum fatis fit capax effervescendo regurgitat. Cave ergò, ne oleum perdas ac operam, neve carbonum quid in crucibulum incidat, regulum alioqui loco diaphoretici nancifceris, Ubi omne detonucrit, crucibulum exacté tege ac ignem auge, donec instar aquæ fluat, ficque per quadrantem horæ, ac diutius, fi potes, in fluore ferva, tum in mortarium ferreum mundum & calefactum infunde, ac induratum pistillo, etiam calente, comminue quam potes minutissimé, postea affusa aqua fervida salsedinem nitri aliquatenus elue ac edulcora, tandemque ficcatum fuper marmorelæviga. Eodem prope modo etiam Jovem Anglicum loco martis fumendo paratur diaphoreticum Joviale.

FLORES ANTIMONII.

Pharm. Aug. Ren. pag. 318.

R. Antimonii Hungarici libram unam, tere in subtilem pulverem & ex vase terreo in aludel, sive ollas artificiosé sibi incumbentes applicato superne alembico rostrato sublima secundum artem, dando ignem moderatum, ne antimonium suat, sloresque diversi coloris separatim colligendo & servando.

HEPAR ANTIMONII.

K. Antimonii crudi minutiffime
pulverifati & cribrati,
nitri optimi itidem pulverifati

ana uncias duas.

misceantur exacté & detonentur in mor, tario ferreo (vel crucibulo) ad latus (sub camino) posito, injiciendo cochl. 1. pruna candenti accendendum: sic in momento materia, instar pulveris pyrii instammabitur (diligenter spatula ferrea vel forcipe movenda, ut bene accendatur) huie fere combusto, (antequam extinguatur) alterum est injiciendum cochl. Sic tota massa abit in unam glebam bruneam (sive spadiceam, id est, colo-

A

coloris, castanearum, similis parenchymatis hepatis animalium,) quæ massa Chimicis Hepar Antimonii vocatur.

REGULUS ANTIMONII SIMPLEX.

Pharm. Aug. Ren. pag. 322.

2. Antimonii electi libras duas,
tartari libram unam femis,
nitri uncias fedecim.

Misceantur & in crucibulo ignito detonentur, postea igne suppressionis adhibito in fluorem deducantur, in conum suforium calefactum & sebo illitum essundantur, conum, ut in fundum abeat regulus, concutiendo, tandem scorias ab eo separando & regulum aqua abluendo, ex scoriis vero aqua solutis, crocum metallorum, atque per præcipitationem crocum emeticum, vulgo sulphuris aurati diaphoretici nomine notum, separando.

REGULUS ANTIMONII MARTIALIS.

Pharm. Argent. pag. 251.

K. Clavorum ferreorum purgatorum uncias octo, candefactis in crucibulo injice fuccessive,

antimonii Hungarici uncias fedecim, optime fusis adde nitri uncias tres,

fluant sic probe per horæ quadrantem & ultra, igne fat forti ad instar aquæ, & tandem in calicem fusorium fævo illitum fundantur, calicem malleolo in ipfa fusione continuo percutiendo, sicque promovendo reguli subsidentiam & separationem. Refrigeratis post omnibus eximatur tota massa, cui in fundo adhærebit regulus, fuperiori fua partejam dum stellam obscuré repræsentans, qui à scoriis separandus & denuo secunda & tertia vice, additis semper nitri duabus vel tribus partibus fundendus ac calici fusorio immittendus est; singulis autem vicibus fcorias separando. mox in fecunda aut tertia fusione stella

A.

in superna reguli parte exacte repræsentabitur, ac si arte, juxta dimensionem sigurata suisset.

REGULUS ANTIMONII MEDICINALIS.

Disp. Brand. pag. 100.

R. Antimonii crudi optimi uncias quinque,

falis communis uncias quatuor, tartari unciam unam.

Trita in pulverem tenuem exacte misce ac crucibulo paulatim & fuccessive inspersum igne sufficienti administrato liqua; fed nota, ne, antequam quod primum injeceris, optime fluat, aliud denuo in spergas, alias tempus & operam perdes, ubi omne fuerit ingestum, igne auctiori fluat per horæ quadrantem instar aquæ, postea igne exemtum crucibulum quiescat & refrigeretur, fic scoriæ cum falibus in fuperficie, regulus in fundo picei coloris splendens fracto crucibulo reperietur, quem à fragmentis ac fcoriis feparatum & fubtilissime tritum sub forma pulveris punicei, ut vulgo audit, brunni coloris, vase optime clauso serva.

SULPHUR AURATUM ANTIMONII.

Difp. Brand. pag. 189.

By. Scorias reguli antimonii martialis primæ fusionis; pulverisentur refrigeratæ, aut quod melius, exponantur aëri libero mox à fusione, loco à pulvere & pluvia femoto, diem unum aut alterum, donec in pulverem nigrum fatifcant; hunc pulverem in vitrum capax impone ac ex eo affusa aqua sufficiente fimplici fontană aut pluviă fac lixivium, pulverem aliquoties bacillo fubruendo, donec fulphur fali combinatum, fuccessivà affusione & effusione aquæ omne fit extractum. Extractiones omnes confusæ stent horas viginti quatuor

lixivio in vitro, aut olla munda debite calcinando. purissimi, in aqua fervida & probe filve copia fatis magna affusa præcipitafaturati coloris, mox magis aurei, tandemque citrini & pallidioris, omne fic effundatur. præcipitatum fulphur, præfertim primæ præcipitationis à supernatante aqua separatum in filtro restans pulveris forma, folis aut alio moderato calore ficca, quod fulphuream indolem prunæ injectum flamma cœrulea fatis demonstrat. Siccatum in vitro aut olla priori pura cum aqua calcis vivæ faturata & fatis acri horas quatuor continuas igne fufficienti strenue coque, absumtæ evaporando aqua recentis calcis aquam identidem reaffundendo, donec fixatum continuâ coctione sulphur illud antimonii fixum fundum sponte petat, nec ad superficiem ulterius ascendat, quod tum demum à restante lixivio separatum in crucibulo forti tecto, igne fatis valido ignito, per quadrihorium integrum & continuum calcinandum ac reverberandum & bacillo ferreo fubinde caute agitandum, quô, fi quid illi adhuc fulphuri phlogisti inhæreat, igniendo hao ratione penitus exhalet, relicto pulvere purpureo, omnem flammæ vim stupendâ fixitate eludente, miræ, ad promovendam blande diaphorefin & movendum cum euphoria fudorem, virrutis & efficaciæ.

VITRUM ANTIMONII HYACINTHINVM.

Pharm. Aug. Ren. pag. 322.

R. Antimonii Hungarici fubtiliffimè triti quantum libet.

Calcinetur in humili olla non vitreata R. Terebinthina libram femis, fupra ignem lentum, donec fumum amplius non emittat, & in pulverem cineres colore referentem convertatur, rutabulo in extremo reflexo, interea fedu-

tuor immora, postea per chartam em- lo agitando, arque in grumos forte si poreticam trajiciantur. Filtrato huic concrescat, iterum terendo & ulterius Tum pulvis gryfeus in vitreatâ cochleatim infunde tartari albi crucibulo, furno anemio imposito, forti igne liquetur, &, ubi colorem debitrata, factam folutionem, qua fuccessi- tum pellucidum, quod ex massula ferro intincto adhærente cognoscendum est, bitur fulphuris antimonii initio rubri & acquifiverit, mox fupra pelvimæneam, vel in modulum pro lubitu formatum,

ANTOPHYLLI.

Aqua destillata simplices & composita.

AQVA ABSINTHII CVM

R. Herbæ abfinthii recentis quantum vis, vini bonæ notæ quantum fatis. Stent in digestione per 24. horas, destillatio fiat per alembicum.

AQVA ACACIARVM FLORVM.

R. Florum acaciarum recentium collectorum quantum placet. Infufio fiac in aqua fimplici velin aqua dictorum florum ipsa ad obtinendum odorem validiorem, fiat lege artis destillatio.

> Aqua acetosæ. acetosella.

Ad modum prius descriptæ fiat destilla-

Aqua alchimilla. alkekengi. eadem methodo destillanda.

AQVA ANHALTINA

Diff. Brandenb. pag. 10.

thuris masculi sibram unam, ligni aloës uncias tres, caryophyllorum, cinnamomi acuti,

cubebarum,
florum anthos,
galangæ,
granorum mastiches,
nucistæ, ana drachmas sex,
croci Orientalis integri drachmas
duas cum semisse.

baccarum lauri,

feminis fœniculi ana unciam semis. Pulverisata infundantur in spiritus vini libris quinque, digerantur per dies sex, tandemque additis moschi in petia ligati & alembici rostro impositi granis quindecim, destillentur lentissimo balnei calore. Quod clarum est, separetur à turbido & seorsim servetur.

AQVA ANTISCORBUTI-CA TEMPERATA.

Difp. Brand. pag. 12.

y. Herbarum omnium recentium:

acetofæ,
agrimoniæ,
beccabungæ,
chelidoniæ minoris,
cichorii,
cochleariæ,
cuſcutæ,
fumariæ,
trifolii aquatici,

veronicæ ana manipulos tres. Incifæ misceantut, superfusis aquis earundem propriis ana suff. quant. & per balneum maris destillentur ad siccita-

tem, cavendo empyrevma.

AQVA APOPLECTICA.

Wed. chim. pag. 44.

y. Radicis pœoniæmaris unciam unam, florum spicæ nardi,

liliorum convallium ana manipulos duodecim,

cheiri, rosmarini, pœoniæ, betonicæ, paralyfeos, falviæ,

A.

herbæ ferpilli,
chamædyos,
chamæpyteos,
polii montami,
herbæ mari veri ana manipulum unum,
cubebarum, unciam unam
femis,
caryophyllorum aromaticorum,
nucis moschatæ,
macis,
zingiberis,
cardamomi ana unciam semis,

fpiritus vini quantum fatis.

Stent infusa per diem noctemque unam alteramque hinc ex vesica cum refrigeratorio destillentur. Ubi prodit 1) spiritus limpidus vinosus, 2) spiritus lacteus aromaticus, in quo vis oleosa aromatica resoluta, miscendus cum priori, 3) secundaria reliqua cum aliquot guttis olei quandoque. Miscetur & roboratur commode cum spiritu salis armoniaci volat. oleo lavendulæ vero, oleo rutæ vero, essentia castorei &c.

Aqua artemisia.

Destillatio illius ad normam superius descriptarum siat.

AQVA ARTHRITICA CUM ET SINE CAMPHORA.

g. Spiritus lumbricorum terrestrium, formicarum, ana libram femis,

ferpilli, uncias quatuor.
Misce, quibus pro intentione Medicorum camphora vel addi statim vel omitti
potest.

AQVA ASTHMATICA.

Pharm. Aug. Ren. pag. 260.

R. Radicum enulæ uncias duas,

Jreos Florentinæ unciam

unam femis,

herbarum hytlopi,

pulmonariæ,

B 2

fal-

salviæ horrensis ana manipulum unum,

feminis anifi,

fœniculi. cinnamomi acuti ana unciam femis, cardamomi drachmas duas, crociscrupulos duos, spiritus vini libram unam, aquæ scabiosæ,

tuffilaginis,

veronicæ ana libram femis. Digerantur per triduum, postea destillentur in balneo Mariæ.

AQVA AURANTIORUM FLORUM SIVE NAPHÆ.

Collectifloresin vase bené clauso asservandi, & aquâ simplici, vel propriâ eorundem affusa, secundum artem destillentur, cavendo empyrevma.

Aqua beccabunga. bellidis florum. betonice. borraginis. buglossæ. bursa pastoris.

ad modum reliquarum aquarum fimplicium fiat destillatio.

AQVA CALCIS VIVÆ.

w. Calcis vivæ, quantum vis, fuperfundatur aqua fòliorum quercuum, post ebullitionem decantetur aqua fupernatans.

Nota: Licet hæc aqua per modum destillationis non paretur; nihilominus huic classi inferere eam placuit, quia cum aqua destillata ejus præparatio instituta fuit.

AOVA CARBUNCULI.

Pharm. Aug. Ren. pag. 261.

R. Florum rorismarini, liliorum convallium, violarum, borraginis ana uncias tres,

lavendulæ unciam unam. herbæ majoranæ, falviæ, nucis moschata. macis, zingiberis, caryophyllorum, cinnamomi, galangæ, baccarum juniperi, visci querni, feminis pœoniæ ana unciam femis, cardamomi unciam unam, vini generofi, aquæ rofarum,

fragorum, lavendulæ ana libras tres.

Fiat infusio per octiduum in loco tepido postea secundum artem destillatio. Liquori destillato splendoris, vulgo expetiti, caufa, foliola auri immergi folent.

Aqua cardui benedicti. cardui Maria.

destillantur simpliciter juxta artis leges.

AOVA CARMINATIVA

Dorncrellii, Pharm. Aug. Ren. pag. 262.

y. Florum chamæmeli Romani manipulos triginta tres. corticum aurantiorum exteriorum

drachmas fex,

herbarum abfinthii Pontici manipulum femis.

centaurii minoris, pulegii,

origani ana pugillum unum,

feminis anethi uncias duas.

fœniculi ana unciam unam, carvi unciam femis, cardui benedicti drachmas duas.

Mariæ drachmas fex.

Incifa & contufa infundantur per octiduum in aqua chamæmeli libris octo. postea in Mariæ balneo destillentur.

Aqua centaurii minoris,

More folito, Pharmacopœis noto, deftillatur.

AQVA CEPHALICA CA-ROLI V.

Disp. Brandeb. pag. 17.

y. Summitatum majoranæ,
melissæ,
origani,
storum anthos,

lavendulæ, liliorum convallium, rofarum rubrarum, falviæ ana manipulos quatuor,

caryophyllorum, nucis moschatæ ana uncias

cardamomi, cinnamomi, cubebarum, granorum paradifi, macis ana unciam femis.

Scissa & contusa grosso modo infunde in spiritus vini optimi libris sex, stent per dies sex in loco calido & postea lege artis destillentur. Si libuerit,

ambræ gryfeæ & mofchi grana aliquot,

aliquotæ illius destillatæ parti, aut rostro etiam alembici imponi poterunt, pro iis, qui odorem ferre possunt.

Nota: Alis torna solis optimi parte modica tincta, sub nomine aquæ cephalicæ rubra venit.

Aqua cerasorum nigro-

rum,
chærefolii,
chamædryos,
chamomillæ,
chelidoniæ,

destillentur modo consveto.

A.

AQVA CHEIRI FLORVM, CVM VINO.

Ry. Florum cheiri recenter collectorum quantum placet, macerentur in vino generofo & destillentur lege artis per alembicum,

Aqua cichorii

simplici modo destillanda.

AQVA CINNAMOMI CORDIALIS.

Pharm, Aug. Ren. pag. 262.

R. Aquæ borraginis,

bugloffe

bugloffæ, rofarum,

violarum ana libram unam, cinnamomi electi uncias tres, post triduanam infusionem fiat destillatio.

AQUA CINNAMOMI CYDONIATA.

Pharm. Aug. Ren. p. 262.

Ry. Succi cydoniorum recenter expressi libras tres,

cinnamomi electi uncias duas femis, fiat infusio per triduum, postea destillentur.

AQUA CINNAMOMI VINOSA.

g. Cinnamomi electi quantum vis, minutim concisis superfundatur vini Hungarici quantum satis; maceratio fiat in vase clauso, postea destillatio ut artis est.

AQUA CITRI è TOTO.

R. Pomorum citri cum pulpa & feminibus in frusta dissectorum num. viginti, sonu emana

aquæ fontanæ libras fex.

Stent in loco calido horas viginti quatuor, postea destillentur Mariæ balneo.

AQVA COCHLEARIÆ,

recenter collecta cochlearia ex aqua fimblici post peractam infusionem destilla-

AQVA CONFORTATIVA PERLATA.

Pharm. Aug. Ren. pag. 262. B. Aquarum ceraforum nigrorum,

> rofarum, borraginis, bugloffi, florum violarum,

tiliæ ana uncias fex, cinnamomi optimi unciam unam femis,

margaritarum præparatarum fcrupulos duos,

coralliorum alborum præparatorum drachmam unam,

cornu cervi spagyricé præparati scrupulos quatuor,

facchari perlati uncias quinque.

AQVA CORDIALIS TEMPERATA.

Pharm. Aug. Ren. pag. 262.

g. Cinnamomi acutiflimi uncias tres, drachmas duas. corticum citri exteriorum unciam

ligni aloës optimi drachmas duas, fantali citrini unciam femis, seminis ocimi caryophyllati drach-

mas tres, galângæ, caryophyllorum,

ACVA

macis,

nam femis, cardamomi drachmas tres,

florum lavendulæ drachmam unam, borraginis unciam unam, rosarum uncias duas semis.

croci Austriaci scrupulos duos, typharum fucculentarum cornu cervi junioris & recenter capti uncias quatuor,

incifa & trita infundantur in vini Malvatici

fucci pomorum redolentium, érubo Idao ana libra una, aquarum borraginis,

> buglossi, ana libra una semis, rofarum libris duabus femis, ceraforum nigrorum, melissæ ana libra semis,

in vase vitreo bené clauso, diebus octo, deinde in balneo destillentur, in cujus liquoris media parce infundantur

ambræ gryfeæ veræ,

mosci Orientalis ana grana septem, reliqua medietas servetur incompleta.

Aquacyani florum.

Destillatio hujus aquæ pharmacopœis per se nota est.

AQVA DIURETICA è NUCLEIS.

Difp. Brand. pag. 18.

B. Amygdalorum amarorum, nucleorum Perficorum contuforum ana numero quinquaginta, ceraforum nigrorum numero centum,

florum fambuci manipulum unum, vini Rhenani generofi libras tres. Contusa stent per dies octo in infusione loco calido, dein destillentur lege artis per balneum maris.

AQVA EMBRYONUM, ALIAS BALSAMUM.

Pharm. Aug. Ren. pag. 263. nucis moschatæ ana drachmam u- 18. Nucis moschatæ uncias tres semis, caryophyllorum, cinnamomi, zingiberis, cubebarum, granorum paradifi, zedoariæ ana uncias duas. macis unciam unam femis, galangæ drachmas fex. croci drachmas duas. florum tunica,

florum tiliæana libram unam, lavendulæ,

herbæ falviæ,

carvi,

fœniculi, ana uncias tres, menthæ crifpæ,

radicum pœoniæ,

seminum ejusdem,

visci querni ana uncias duas, medullæ panis triticeæ adhuc à furno calentis libras duas.

Incifa & contrita infundantur per viginti quatuor horas in loco calido in spiritus vini mensuris quatuor,

aquæ borraginis,

buglossi, ana mensura una femis.

florum liliorum convallium menfura una,

fragorum, rofarum ana mensura dimi-

postea leni calore destillentur.

Aqua epaticæ nobilis.

Herba recenter collecta, incifa & aqua superfusa destillatur, ut artis est.

AQVA EPILEPTICA LANGII.

Pharm. Aug. Ren. pag. 254.

By. Florum liliorum convallium recentium manipulos duos, lavendulæ unciam unam, rorismarini, stochadis ana unciam se-

> cinnamomi drachmas fex, nucis moschatæ unciam semis, piperis longi, cubebarum ana drachmas duas, visci querni, deliylorum radicum pœoniæ,

> > dictamni nostratis ana unciam femis.

Infundantur in vini generofi menfura una semis per octiduum postea destillenlocale & contule madereneur in acaus

AQVA EPITHEMATUM CORDIS.

Pharm. Aug. Ren. pag. 273. By. Specierum diamoschi dulcis. diambræ,

pro epithemate cordis ana

drachmas duas,

rofarum rubrarum odoratissimarum unciam unam,

fantalorum omnium ana drachmas duas,

ireos Florentinæ drachmas tres. corticum aurantiorum,

citriorum ana unciam unam,

aquæ rosarum libras quatuor, vini optimi libram unam & dimidiam.

aceti rofacei libram unam. Incifis & contufis omnibus infundantur & destillentur juxta artem.

Aqua euphralia, fabarum florum, farfaræ,

Destillentur, ut artis est, ad normam aliarum fimplicium aquarum.

AOUA FORTIS.

Difp. Brand. pag. 54.

B. Vitrioli sponte in pulverem fatiscentis aut coquendo ficcati,

nitri puriffimi ana libras duas. Trita misceantur & destillentur per retortam terream aut ferream lege artis, igne aperto gradatim adhibito in recipientem valde capacem, juncturis bene lutatis, cui aquæ fontanæ tertia circiter, respectu ponderis vitrioli nondum calcinati, pars ante fit infusa.

zedoania ana druchmas

Agua Aqua

Aqua fragorum, fumariæ, galegæ, hederæ terrestris.

More folito destillatio fiat.

Aqua hyperici,

ad normam præcedentium fimplicium

AQUA HISTERICA.

Difp. Brand. pag. 25.

Radicum pœoniæ unciam unam fe-

angelicæ,
bryoniæ,
levistici,
meu ana unciam semis,

herbarum matricariæ,

melisse, mercurialis, rutæ.

> falviæ ana manipulum unum,

florum anthos,

melissa ana manipulum femis,

feminis agni casti, carvi, cumini,

melissæ, ana drachmam unam semis, pastinacæ sylvestris, ist fileris montani ana drach-

illeris montani ana drach-

cassia lignea,
cinnamomi ana unciam semis,
galanga drachmam unam semis,
macis,
nucis moschata,
zedoaria ana drachmas
tres,
castorei,

A.

visci querni ana unciam

Concisa & contusa infundantur in vini Rhenani libris quatuor,

aqu'æ matricariæ, meliffæ, pulegit,

rutæ ana libra una.

Stent in digestione loco calido, vase clauso per dies septem, postea maris balneo destillentur ad siccitatem.

Aqua juniperi.

Baccæ contusæ stent in infusione & de-stillentur.

Aqua lavendulæ cum vino.

In vino macerata destilletur secundum artem.

Aqua liliorum alborum.

Ad normam fimplicium destillatio hujus peragitur.

Aqua liliorum convallium cum vino.

ad normam præcedentis aquæ lavendulæ cum vino destillanda est.

AQUA LOOH SANI ET EX-PER TI.

Disp. Brand. pag. 25.

R. Radicum Ireos Florentinæ,

liquiritiæ, hyslopi ana uncias

herbarum hyslopi ana uncias duas, capillorum Veneris manipulos quatuor.

Seminis anifi,

fæniculi,
fœnu græci,
lini ana unciam unam,

dactylorum,
ficuum,
passularum ana uncias quatuor,
jujubarum.

febesten ana numero sexaginta, cinnamomi electi uncias duas.

Incifa & contufa macerentur in aquæ fonta-

fontanæ quantum sufficit per aliquot dies, postea lege artis destillentur.

AQUA MAGNANIMITATIS.

Ephem. N. C. Dec. 1. ann. VII. pag. 39.

By. Formicarum, acidum redolentium, in olla terrea, melle intus inuncta, captarum manipulos fex,

fpiritus vini anthofati libras quatuor, liliorum convallium simplicis libram unam,

mixta, vase prius bené perlutato, stent per dies octo in acervo magno formicarum, postea destillentur per balneum Mariæ, hoc facto.

By. Spiritus hujus destillati & à phlegmate separati libras tres,

confectionis anacardinæ libram femis,

specierum cephalicarum uncias tres.

& post peractam & reiteratam digestionem septem dierum denuo destillentur in Mariæ balneo prius leni igne, in fine verò fortiori. Aqua spirituosa abstracta adhuc aromatifetur

oleo cinnamomi,

coriandri ana guttis quindecim.

essentiæ ambræ quantum vis.

Aqua majorana, matricaria.

Ad normam reliquarum aquarum fimplicium destillentur.

> Aqua melissa simplex, melissa cum vino.

Destillatio fiat ex vino bonz notz,

Aqua menthæ crispæ, millefolii, nasturtii.

Destillatio fiat ex aqua lege artis.

AQUA ODORIFERA SCHROEDERI,

Jungken corp. Pharm. pag. 156.

R. Ireos Florentina, caryophyllorum, cubebarum, in loco calido di cinnamomi acerrimi, granorum paradifi, calami aromatici ana unciam unam, majoranæ, thymi, foliorum lauri, florum anthos,

rofarum rubrarum ana manipulum unum,

lavendulæ drachmas tres,

spiritus vini mensuras tres.

Macerentur ac destillentur, destillato liquori addantur

moschi scrupulus semis, zibethi grana fex.

Aqua ononidis.

Destillatio ex aqua fiat.

AQVA OPHTHALMICA.

Disp. Brand. pag. 26.

R. Croci metallorum drachmam unam, infunde in aquæ euphrafiæ vel fœniculi, vel, quod præstar, vini albi optimi unciis sex, agitetur aliquandiu quotidie bis aut ter, tandem per bibulam coletur & fervetur.

Aqua papaveris erratici, petroselini,

destillentur ut præcedentes aquæ simplices.

AQUA PHYSAGOGA.

Pharm. Aug. Ren. pag. 267.

R. Seminis anifi libras duas,

dauci fylvestris unciam unam, Allo

cinnamomi acutissimi uncias

nucis moschatæ,

-smidiam dicurbing vince Ol i

macis, galangæ, caryophyllorum ana drachmas duas.

Trita infundantur in spiritus vini menfuris quatuor, per biduum aut triduum in loco calido digerantur, deinde lege artis destillentur.

Aqua pini summitatum, plantaginis, pæoniæ florum.

Ut artis est, infundantur & destillentur.

AQUA PROPHYLACTICA, SIVE ACETUM.

Disp. Brand. pag. 2.

N. Radicum angelicæ,

zedoariæ ana unciam unam,

petafitidis uncias duas, foliorum rutæ hortensis uncias quatuor,

melissæ,

florum calendulæ ana uncias duas, nucum juglandium immaturarum confeisiarum libras duas,

pomorum citriorum recentium conscissorum libram unam.

Contundantur omnia, confusis affunde aceti vini optimi ad remanentiam quartæ partis ex arena, cucurbita vitrea per se destillati libras duodecim: Digerantur per noctem, mane destillentur igne cinerum lento ad siccitatem serè, cavendo empyrevma.

Aqua prunella.

pulegii.

quercuum foliorum.

Infusa destillentur secundum artem.

AQUA REGINÆ HUNGA-RIÆ.

Pharm. Argentor. pag. 19.

Dimidiam cucurbitæ vitreæ vel fictilis

A.

partem floribus rorismarini, dum maxime florent, collectis repleto; his spiritum vini, ita ut commodé macerentur flores, affunde; balneo Mariæ cucurbitam impone, eaque capitello una cum excipulo suo obtecta accuraté commisfuras luto agglutina, fubrusque per tres dies digestionis ignem adhibeto, quibus præteritis lutum exime, destillatumque liquorem in cucurbitam effunde; alembicum iterum accommodato, ignemque augendo fatis valide, ut exstillet liquor guttatim, ita ut gutta una mox aliam sequatur, cumque tertiam partem ejus extraxeris, vel circiter, ignem fubtrahito, vafa refrigescere permittito, ex iisque lutum eximito, reperies in excipulo optimam Reginæ Hungariæ aquam, quam in probe obturata phiala fervabis. Sunt qui floribus folia jungunt, sed tunc non æque grata evadit.

AQUA REGIS.

Difp. Brand. pag. 26.

Ry. Salis marini decrepitati unciam unam aquæ fortis communis uncias quatuor,

Misce & ex retorta vitrea in arena ad siccitatem usque destilla. Vel:

82. Aquæ fortis communis uncias quatuor salis armoniaci unciam unam.
Misce simul, donec omne sal armoniacum dissolutum sit, servetur in vitro arctissime clauso.

Aqua rosarum albarum.
rubrarum.

rubi Idæi.
Sabinæ.
Salviæ simplex
vinosa.
Sambuci florum.
Saxifragiæ.
Scabiosæ.

Aqua

Aqua scordii. scorzonera. Sigilli Salomonis. spermatis ranarum.

Hæ aquæ methodo destillationis simplicis sæpius descripta parantur.

AQUA STOMACHALIS MYNSICHTI

Pharm. Argentor. pag. 21.

w. Galangæ minoris unciam unam cum

caryophyllorum, nucis moschatæ, cinnamomi acuti, zingiberis albi, mastiches electa, radicis pimpinellæ,

enulæ campanæ, acori aquatici ana unciam

menthæ crifpæ drachmas fex, rorismarini, falviæ acutæ, abfinthii ana unciam dimidiam, cardamomi utriusque calami aromatici, macis, piperis longi,

feminis ammeos drachmas

schoenanthi, spicæ Indicæ,

ligni aloës ana drachmas duas. Mixta & contufa macerentur in vini oprimi libris octo, vel, quod præstar, in vini spiritu,

aquæ pulegii meliffæ ana libra una, postca destillentur.

Aqua taraxaci, tiliæ florum. trifolii fibrini, destillentur more consucto.

Aqua verbena,

veronice.

Destillentur ad normam simplicem.

AQUA VIRIDIS HART-

lungk. corp. pharm. pag. 164.

R. Mellis rofati uncias duas, fulphuris vivi, aluminis crudi, viridis æris ana unciam unam, albi græci, comarum fabinæ,

fambuci ana pugillum bibate unum, or room and

Florum hyperici, rorismarini, rucæ. plantaginis, falviæ, mains enight subre pulegii ana manipulum fe-

Omnia, excepto viridi aris, per hora femiquadrantem in vino albo & aqua solani ana libra una coquantur, postea addito extra ignem & dissoluto viridi æris, dein coletur.

Aqua urtica

more folito destillanda est.

AQUA ZEDOARIÆ ANI-SATA.

Jungk. corp. pharm. pag. 76.

By. Zedoariæ uncias fex, feminis anisi uncias tres. corticum citri unciam unam. Incifa infunde in vini generosi libris quinque, postea destillentur.

ARCANUM CORALLIsoon of born NUM.

Difp. Brand. pag. 34.

R. Mercurii vivi optimé purgati, spiritus nitri rectificati ana uncias

Solve in spiritu nitri-mercurium, quem rursus per retortam igne convenienti satis intenso avoca idque ter repete, fortiter tandem igniendo, sie reducetur in præcipitatum rubicundissimum, quod arcanum corallinum vocant; sed Paracelsi circulato haud æquiparandum, postremo spiritum vini rectificatissimum desuper accende.

ARCANUM DUPLICA-TUM.

Myns. Armament, pag. 10.

Extrahe ex capite mortuo aquæ fortis ex vitrioli & nitri partibus æqualibus destillatæ cum aqua tepida sal candidissimum. Hoc postea totum & subtilissime supra marmor tritum impone cucurbitæ lutatæ & successive augendo & continuando ignem ad horas duodecim secundum gradus sæpius agitando calcinetur, ut circa sinem sundus cucurbitæ aliquo modo candescat. Et postquam omnia refrixerunt, vitro rupto sal eximatur, & de novo ut prima vice subtilissime teratur & hic labor denuo secunda & tertia vice repetatur, & sic veré præparatum est.

ARCANUM TARTARI.

VVed. Chim. pag: 198.

By. Salis tartari albicantis uncias novem, affundatur aceti destillati quantum satis pro una destillatione, verbi gratia libras quatuor, fex, octo, in cucurbita vitrea. Præviå effervescentiå, successive infundendo facta eaque frigida abstrahatur liquor insipidus, acido nempe aceti destillati in alcali tartari recondito, immutato & destructo. Continuetur affusio & abstractio novi aceti destillati, cohobando tribus vel quatuor vicibus (pro modulo recepti falis ac affufionis & bonitatis aceti destillati ad unciam unam salis insumendo præter propter libram unam, duas aceti destillati) donec acidus odor, sapor & effervescendi vis à de-

A

stillato emergens, saturatum sal ostendat.

Argenti folia.

Arfenicum album.

citrinum.

rubrum.

Auri folia.

AURUM FULMINANS.

Disp. Brandenb. pag. 34.

R. Auri per antimonium debité repurgati quantum vis, folve illud in aquæ regiæ, ex aqua forti fuper fale decrepitato aut fale armoniaco abstracta, facta, quantum fufficit. Solutum in vitro capaci, olei seu liquoris potius tartari per deliquium parati, aut falis etiam tartari in aqua pluvia quantum requiritur, difloluti, aut tandem spiritus falis armoniaci, quanto opus, fensim & guttatim instillando præcipita, calamo subinde movendo ac rurfus instillando, donec aurum sub forma pulveris, spadicei coloris, præcipitatum in fundo fubfideat. Stet tantisper, donec liquor omnis clarescat, tum adhuc aliquot guttas liquoris tartari, aut spiritus salis armoniaci instilla, ut de præcipitatione plena certior fis. Liquorem tandem decanta ac præcipitatum in fundo refiduum, affusa saqua fluviali aut pluviâ limpidă calefactă elue & ab omni acredine libera, tandem pulverem residuum charta emporetica exceptum ac humore superfluo exutum calore aëris tepido exficca, vitando folis & ignis cujuscunque calorem ob fulminandi peri-Siccatum fere, verum non fimul aut magna copia, sed parum tantum ejus fingulis vicibus, leniter, ne nimis incalescat, super porphyrite aut in mortario vitreo comminue.

Auripigmentum.

BACCARUM SELECTUS.

Baccæ alkekengi. ebuli. juniperi. myrtillorum. paridis. Sambuci.

BALSAMORUM SELECTUS. BALSAMUM APOPLECTI-CUM COMPLETUM.

Difp. Brand. pag. 35. g. Olei nucis moschatæ expressi unciam unam, destillati cardamomi, caryophyllorum, cinnamomi, lavendulæ, majoranæ, rorismarini,

balfami Peruviani ana fcrupulum unum,

fuccini albi,

ambræ gryfeæ drachmam femis, moschi optimi scrupulum unum, zibethi scrupulum semis,

eboris ad nigredinem calcinati & fubtilissime præparati quantum satis ad balfami confistentiam. Misce, fiat balfamum.

BALSAMUM APOPLECTI-CUM INCOMPLETUM PRO MULIERIBUS.

Difp. Brand. pag. 35.

By. Olei macis expressi drachmas duas, destillati galbani drachmam se-

MARKE

lavendulæ,

fuccini, ana scrupulum unum, majoranæ, meliffæ, pulcgii, rorismarini, falviæ ana scrupulum semis, pinguedinis castorei grana sex, spiritus salis armoniaci guttas aliquot. Misce, fiat secundum artem balsamum.

BALSAMUM CARYOPHYL-LORUM.

By. Olei destillati caryophyllorum drachmam unam, nucis moschatæ expressi quantum fufficit. Mixtis colorem concilia pulvere tenuisfimo caryophyllorum.

BALSAMVM CEPHA-LICVM.

Disp. Brandeb. pag. 36. By. Olei nuciftæ expressi drachmas fex, destillati lavendulæ, rutæ ana scrupulos tres cum semisse, majoranæ, falviæ ana guttas quindecim.

camphoræ scrupulum unum in fufficienti quantitate olei recentis amygdalorum dulcium distemperatæ. Misce, fiat lege artis balfamum.

BALSAMVM CINNA-MOMI.

R. Olei destil ati cinnamomi drachmam unam, nucistæ expressi & spiritu vini odore privati, quantum sufficit. Fiat ex arte balfamum, pulvere cinnamomi tingendum.

Balfamum Indicum album. nigrum. BAL-

BALSAMVM INNOCENTII VEL ÆTHIOPICVM.

Pomet. Materialist. pag. 413.

Cera, pix & colophonia invicem liquentur & colentur, quibus dein ab igne sepositis & semirefrigeratis, galbanum & ammoniacum in terebinthina soluta, post reliqua in pulverem subtilissimum redacta jungantur, siatque secundum artem emplastrum.

EMPLASTRUM DE RANIS
CUM MERCURIO

VIGONIS.

Pharm. Aug. Ren. pag. 227.

anethini,

liliorum alborum ana uncias duas,

de croco unciam unam, pinguedinis vituli libram femis, ranarum numero fex, lumbricorum elotorum uncias tres

decocti radicum ebuli

more enulæ ana uncias

coquantur ad confumtionem humiditatis aqueæ, & post colaturam, cum

lithargyrii libra una bulliant ad debitam confiftentiam, poftea addantur

ceræ flavæ unciæfex, & ab igne remotis

pulveris euphorbii drachmæ quin-

thuris

thuris drachmæ decem,
fchænanthi,
ftæchadis,
matricariæ ana uncia femis,
terebinthinæ claræ unciæ duæ,
flyracis liquidæ uncia una femis,
argenti vivi cum dicta terebinthina
& ftyrace probe permixti unciæ quatuor,

axungiæ viperinæ unciæ duæ femis, olei spicæ unciæ duæ, laurini uncia una semis,

fiat emplastrum,

Nota: emplastrum hoc sine mercurio etiamad usum parari potest.

EMPLASTRUM RUBRUM ANTIMONIATUM.

Pharm. Argent. pag. 87.

Fnarm. 2ngent.pag. 87.

Fmplastri diapalmæ uncias quatuor, boli Armenæ, cretæ ana unciam semis, antimonii diaphoretici drachmas duas, olei laurini unciam semis, tartari per deliquium drachmam unam, misce siat emplastrum.

EMPLASTRUM SANTALI-NUM, ALIAS INCO-GNITUM.

Pharm. Aug. Ren. pag. 228.

g. Ceræ novæ uncias quatuor, refinæ uncias quinque femis, fantali rubri unciam unam femis, croci drachmas duas, olibani, mastiches, myrrhæ, aluminis ana. drachmam unam semis.

Fiat secundum artem emplastrum, ceræ cum resina liquesactæ & colatæ iterumque semiresrigeratæ, santalum & crocum cum vini spiritu diluta, nec non reliqua in pulverem redacta, immiscendo.

E.

EMPLASTRUM SAPONA-TUM BARBETTE.

Ry. Minii,
cerussa,
saponis Veneti ana uncias decem,
olei olivarum libras duas,
axungiæ porcinæ unciam unam.
Coque lento igne in formam emplastri,
in fine addendo

camphoræ unciam unam in spiritu vini solutæ & ad pultis sormam redactæ.

EMPLASTRUM DE SPER-MATE CETI.

Pharm. Aug. Ren. pag. 229.

R. Ceræ albæ uncias quatuor,
fpermatis ceti uncias duas,
gummi galbani unciam unam,
ceræ eliquatæ commisceatur sperma ceti & tandem gummi galbanum tritum,
fiat lege artis emplastrum.

EMPLASTRUM E SPER-MATE RANARUM.

Pharm. Aug. Ren. pag. 229.

R. Spermatis ranarum depurati, olei olivarum ana libras tres, cerussa Venetæ libras quatuor semis, ceræ albæ libram unam, aluminis crudi uncias quatuor, terebinthinæ drachmas duas, camphoræ unciam unam.

Oleum cum spermate ranarum usque ad humiditatis aquosæ consumtionem coquatur, postea cera & tereqinthina ut & reliqua pulverisata ex arte immisceantur.

EMPLASTRUM STICTI-CUM CROLLII.

Pharm. Aug. Ren. pag. 229.

R. Minii,
calaminaris lapidis ana libram femis,
lithargyrii utrius que ana uncias tres,
olei lini

olivarum ana libram unam femis,

I

olei

olei laurini libram femis, colophoniæ ana libram unam, vernicis. terebinthinæ ana libram femis, opopanacis præparati, galbani præparati, fagapeni præparati, ammoniaci præparati, bdellii ana uncias tres, fuccini citrini, olibani, myrrhæ Alexandrinæ, aloës hepaticæ, aristolochiælongæ, rotundæ ana unci-· am unam,

mumiæ transmarinæ, magnetis; hæmatitæ ana unciam unam femis,

coralliorum alborum, rubrorum,

> matris perlarum, fanguinis draconis, terræ medicatæ Strigenfis, vitrioli albi ana unciam unam, florum antimonii, croci martis ana drachmas duas, camphoræ ana unciam unam.

Oleum lini & olivarum cum lithargyriis aliquandiu coquatur, hine addatur lapis calaminaris & paulo post minium, quæ omnia agitando coquantur ad fufficientiam, tandem etiam addatur circa lophonium, invicem liquefacta & colata; ab igne depositis & semirefrigeratis immifceantur opopanax, galbanum, fagapenum & ammoniacum cum terebinchina foluca ut & camphora ac reliqua in subrilem pulverem redacta.

EMPLASTRUM STOMA-CHICUM BURRHI.

Pharm. Aug. Ren. pag. 244. g. Ceræ virgineæ uncias octo. tacamahacæ uncias quatuor, terebinthinæ unciam unam, balfami Peruviani,

olei destillati mentha, ana drachmas

caryophyllorum drachmam unam. Ceræ cum terebinthina liquefactæ & femirefrigeratæ admifceatur tacamahaca pulverifata, ac tandem balfamum cum oleis folutum.

EMPLASTRUM STRUMA-LE BEZÆ

Pharm. Argent. pag. 89. R. Galbani aceto foluti uncias duas, picis navalis unciam femis, radicis scrophulariæ drachmas quinflorum falis Armoniaci drachmam unam femis,

pulveris strumalis drachmas duas, emplastri diachyli gummosi unciam unam.

Misce, fiat Emplastrum.

EMPLASTRUM DE TACA-MAHACA.

Disp. Brand. pag. 81. Ry. Gummi animæ, maftiches, fandaracæ, fuccini ana drachmas tres. tacamahacæ unciam unam. cera uncias tres. olei mastichini drachmas tres, terebinthinæ drachmas duas, finem vernix, oleum laurinum, cera, co- Misce, fiat secundum artem emplastrum.

EMPLASTRUM VESICA-TORIUM.

Pharm. Aug. Ren. pag. 230. ry. Cantharidum drachmas duas, terebinthinæ drachmam unam, olibani, myrrhæ, mastiches, camphoræ ana grana quindecim, olei rosarum drachmain unam, ceræ flavæ drachmas tres. Fiat emplastrum, liquando ceram & terebinthinam in oleo, postea semirefri-

geratis

geratis camphoram cum aliquot guttulis spiritus vini tritam, & reliqua in pulverem redacta addendo.

EMPLASTRUM VIRIDE AD CLAVOS.

Pharm. Argent. pag. 90.

refinæ,
terebinthinæ ana uncias quatuor,
olibani,
mastiches,
viridis æris ana uncias tres.
Misce, fiat emplastrum.

ESSENTIARUM SELECTUS.

ESSENTIA ABSINTHII COMPOSITA.

Difp. Brand. pag. 82.

Comarum abfinthii vulgaris manipulos duos, foliorum carduibenedicti manipulum unum,

florum centaurii minoris manipulum femis,

radicum zedoariæ, dictamni albi, corticum aurantiorum,

citri, ana drachmas duas, myrrhæ rubræ drachmam unam, caryophyllorum,

croci ana drachmam femis.

Incissi & contuss affunde spiritus vini rectificati libras duas, vel quantum sufficit, stent in digestione dies aliquot, quatuor circiter, vase optime clauso, postea essentia extracta charta bibula coletur.

ESSENTIA ABSINTHII SIMPLEX.

Difp. Brand. pag. 83.

& ad maturitatem proxime accedentium, cum foliis minoribus in umbra ficcatarum, quantum vis.

E.

Contusa infundantur in quantitate sufficiente spiritus proprii per sermentationem parati, quod consvetius & præstantius, aut saltem vini Gallici (vel Hungarici) rectificati, ut tres circiter digitos superemineat, post digestionem sufficientem essentia extracta decantata, expressa & per emporeticam filtrata usui asservetur.

ESSENTIA ADIANTHI ALBI.

g. Herbæ adianthi albi fatis maturæ, quantum vis, fuperfunde spiritus vini optimi rectificati ad eminentiam

trium digitorum.

Fiat ope digestionis extractio, atque ut
saturation fiat, rursus affundatur herbis

novis & extrahatur.

ESSENTIA ALEXIPHAR-MACA.

Pharm. Argent. pag. 91.

R. Radicum imperatoria,

carlinæ,

angelicæ, pimpinellæ albæ ana unci-

am femis,

vincetoxici, helenii, dictamni albi, contrayervæ,

valerianæ ana unciam u.

nam.

Cum spiritu vini rectificatissimo extrahatur essentia, cujus libræ uni jungantur unciæ quatuor essentiæ scordii saturatæ.

ESSENTIA AMARA.

Difp. Brand. pag. 83.

B. Summitatum absinthii vulgaris ma-

centaurii minoris,

herbæ scolopendrii, carduibenedicti, ana manipulos duos,

Smithigunian .

her-

herbæ cochleariæ manipulum unum,

baccarum juniperi manipulos tres, corticum exteriorum aurantiorum, radicum zedoariæ,

gentianæ,

aloës fuccorrinæ,

myrrhæ electæ ana unciam unam. Incisis & contusis affundantur spiritus vini optimi libræ tres, ad summum quatuor, digerantur per aliquot dies, atque ut colorem viridem acquirat, affundatur spiritus menthæ, quantum libet, in cujus destillatione collo alembici solium unum & alterum ejusdem herbæ suit impositum.

ESSENTIA AMBRÆ MIN-DERERI LIQUIDA.

Pharm. Argent. pag. 91.

y. Flixir vitæ Matthioli completi uncias duas,

fpiritus ceraforum nigrorum rectificati unciam unam,

ambræ scrupulum unum, moschi Orientalis grana quatuor. Fiat infusio per aliquot dies, dein filtre-

ESSENTIA AMBRÆ SICCA COMPLETA.

Pharm. Argent. pag. 91.

Ambræ gryfeæ drachmam unam, mofchi in fpiritu rofarum foluti fcrupulum femis,

olei cinnamomi destillati guttas

facchari albiffimi uncias duas. Mifce & afferya in vafe bene claufo.

ESSENTIA ANGELICÆ.

Radicum angelicæ quantum vis, stent cum spiritu vini optime rectificati in digestio per dies aliquot, & extrahatur essentia filtranda & servanda.

ESSENTIA ANODYNA LUDOVICI.

Disp. Brandenb. pag. 84.
8. Opii optimi minutissime concisi &

E.

per evaporationem à graveolentia aliquatenus liberati unciam unam, aquæ apoplecticæ, spiritus vitrioli roridi, seu roris vitrioli cum spiritu volatili mixti ana uncias quatuor, extrahe, ut artis est, essentiam, filtra & serva.

ESSENTIA ASÆ FOE-TIDÆ.

Disp. Brandeb. pag. 84.

By. Afæ fœtidæ uncias duas,

fpiritus vini tartarifati libram unam. Extrahe digerendo per triduum calore leni essentiam, quam filtratam serva.

ESSENTIA AURANTIO-RUM CORTICUM.

Difp. Brand. pag. 84.

Flavedinis extimæ corticum aurantiorum recens detractæ & parum ficcatæ uncias quinque, fpiritus vini à corticibus,post triduanam digestionem abstracti, optimi & fortissimi libram unam.

Digerantur, donec spiritus omnem efsentiam extraxerit & saturate illa tinctus fuerit, quæ tum filtretur & servetur.

ESSENTIA BALSAMI PE-RUVIANI.

Difp. Brand. pag. 85.

B. Balfami Peruviani optimi unciam femis,

falis tartari ficcissimi drachmam se-

Cum spiritus vini Hungarici optimi dephlegmati unciis duabus per dies aliquot loco tepido digere, essentiam extractam per bibulam cola ac serva.

ESSENTIA BENZOES.

Eodem modo, ur præcedens essentia, conficirur.

ESSEN-

ESSENTIA CARDUI BE-NEDICTI.

Paratur ad normam essentiæ absinthii fimplicis, superius descriptæ.

ESSENTIA CARMINATIVA WEDELII.

Opiologia pag. 119.

R. Radicis zedoariæ unciam unam, carlinæ,

galangæ, ana unciam femis,

corticum aurantiorum,

feminis anifi,

carvi,

florum chamæmeli Romani ana drachmas duas,

caryophyllorum aromaticorum,

baccarum lauri,

acori veri, ana drachmam unam femis,

macis déachmam unam.

Extrahantur concisa & contusa grosso modo cum spiritu corticum citri, acidulato satis spiritu nitri, qui, extractione per aliquod tempus sacta, addi deber.

ESSENTIA CASTOREI.

Pharm. Aug. Ren. pag. 285.

R. Castorei uncias tres,

Salis tartari drachmas tres.

Castoreum minutim incisum & cum fale tartari permixtum, spiritus melissa libra una, per octiduum digerendo, extrahatur, ac postea filtretur.

ESSENTIA CENTAURII MINORIS.

Instar aliarum essentiarum vegetabilium, lege artis, cum spiritu vini optime rectificato parari solet.

ESSENTIA CORTICIS CHACARILLÆ.

By. Corticum chacarillæ gryfeæ & refinofæ quantum vis.

Pulverifa groffo modo & affunde spiri-

E.

tum vini rectificatissimum sale tartari acuatum.

ESSENTIA CHINÆ CHINÆ.

Re. Corticum chinæ chinæ pulverisatorum unciam unam, salis tartari drachmam unam, spiritus vini rectificati uncias octo. Stent in digestione debito tempore, po-

Stent in digestione debito tempore, postea tinctura bene saturata expressa filtretur.

ESSENTIA CULILAWAN.

Eodem modo fit, quo præcedentes effentiæ confectæ funt.

ESSENTIA ENULÆ.

Re. Radicum enulæ recentis, in frusta concisæ quantitatem sufficientem, affunde spiritum vini rectificatum ad eminentiam trium digitorum, digere, exprime, filtra.

ESSENTIA FUMARIÆ.

Paratur, ut reliquæ vegetabiles essentiæ.

ESSENTIA GENTIANÆ.

Fit eodem modo, quo essentia radicum enulæ.

ESSENTIA LIGNI ALOES.

R. Raspaturæ ligni aloës quantum placet, cum spiritu vini tartarisato siat lege artis extractio & siltratio.

ESSENTIA LIGNORUM.

Pharm. Aug. Ren. pag. 287.

R. Ligni Sassafras uncias duas,

fancti uncias tres, rhodii unciam femis,

radicum chinæ,

farfæparillæ,

fantali rubri,

citrini ana unciam unam. Incifa cum spiritu fumariæ ad quatuor digitorum supereminentiam affuso, per octiduum digerantur & filtrentur.

ESSEN-

M

ESSENTIA LIGNI SASSAFRAS.

Eodem modo paratur, quo effentia ligni aloës.

ESSENTIA MACIS.

Pharm. Argentor. pag. 95.

Macis uncias quatuor,
liquoris nitri fixi uncias duas,
fpiritus vini rectificatiflimi libras
duas,

digere per tempus & essentiam saturatam filtra.

ESSENTIA MARI COM-POSITA.

Vid. VVed. Differt. de Maro pag. 40.

rı, Mari veri, xyloaloës,

cardamomi minoris,

cinnamomi acuti ana unciam femis. Fiat extractio cum spiritu vini rectificato, addendo pro re nata essentiam ambræ.

ESSENTIA MILLEFOLII.

Perinde, ut reliquæ essentiæ simplices, spiritu vini optimo, lege artis, extrahitur.

ESSENTIA MUMIÆ.

Aumiæ veræ grosso modo pulverisatæ uncias duas, spiritus vini tartarisati libram semis, digere, filtra & serva.

ESSENTIA MYRRHÆ.

B. Myrrhæ rubræ electæ uncias duas, pulverifatæ affunde spiritum juniperi, digere, filtra & serva.

ESSENTIA OPOBALSAMI.

g. Opobalfami veri quantum vis, cum sale tartari siat solutio per trituram in mortario, elue sal & affunde spiritum vini rectificatissimum, digere, decanta & ad usum serva.

G/12333

E

ESS. PIMPINELLÆ ALBÆ.

Spiritu vini optime roctificato, aliarum essentiarum instar, paratur.

ESSENTIA PINI SUM-MITATUM.

Decoque pinituriones aqua recenti, decoctum hoc ad mellaginem inspissa, cum spiritu cochleariæ essentiam digerendo extrahe, & filtra.

ESSENTIA SCORDII.

Ad modum reliquarum essentiarum simplicium paratur.

ESSENTIA SUCCINI.

y. Succini flavi fubtiliffime triti unciam unam,

fpiritus vini tartarifati rectificatissimi uncias sex,

Leni calore in phiola optime clausa per aliquot dies digerantur, & aliquoties moveantur, tandem liquor tinctus filtretur.

ESSENTIA TRAVMATICA:

Disp. Brand. pag. 92.

R. Radicum tormentilla,

herbæ faniculæ ana unciam femis,

florum hyperici,

foliorum rofarum rubrarum ana, drachmas duas,

fanguinis draconis puriffimi, mumiæ transmarinæ,

terræ Catechu, myrrhæ electæ ana drachmas tres, fantali rubri drachmas duas,

nucis moscharæ drachmam unama

In pulverem redacta misce, & affusă spiritus vini libtă ună, aut qantum sufficit, triduană leni digestione, vasis optime clausis tincturam elice, quam post modicam expressionem per chartam emporeticam separa ac serva.

24. Corciona cascarilla neview & refi-

ESSENTIA TRIFOLII FIBRINI.

Herbætrifolii fibrini exficcatæ & minutim incifæ uncias quatuor, fpiritus vini rectificati uncias sedecim.

Stent in digestione triduana, exprima-

ESSENTIA VINCETOXICI

Paratur ut relique præcedentes essentiæ vegetabiles.

EXTRACTORUM SELECTUS.

EXTRACTUM ABSIN-THII.

y. Summitatum abfinthii in umbra ficcatarum libram unam,

concisa & conquassatæ indantur vafi vitreo, digerantur in aquæ absinthii destillatæ libris quatuor, addita salis tartari uncia una, per octiduum, in loco calido, liquor inde expressus & colatus coquatur igne lento, ad justam extracti consistentiam.

EXTRACTUM AGARICI.

Pharm. Aug. Ren. pag. 301.

Huic affunde spiritus vini sufficientem quantitatem, digerantur in vase vitreo arctissime clauso, in loco calido, vel saltem tepido, per diestres; postea, dum adhuc calent, colentur ac leviter exprimantur, expressum filtretur, & in balneo Maria abstracto rutsus lenta destillatione vini spiritu, in crassamentum cogatur.

EXTRACTUM ALOES.

Disp. Brand. pag. 94.

Redige in pulverem ac in cucurbita vitrea affunde aquæ endiviæ aut acetofæ ad eminentiam quatuor vel quinque digitorum; cucurbitam exacte subere ac

E.

cera Hispanica claude atque in balneum ferè bulliens, positam, duos veltres dies digere, ut solvetur; aloë & aqua rubini colorem induet, quam decanta aliamque, sed minori quantitate affunde, ut prius digere atque tinstam priori adde, idque toties continua, donec non amplius tingatur aqua, quas omnes consusas destilla leni igne & exhala ad mellaginem spissam.

EXTRACTA SIMPLICIA.

afaris carduibenedicti, centaurii minoris, cochlearia, elaterii, enule. elula, tumaria, gentiana, ligni aloës, quajaci, nicotiana, pimpinella, Scordii, tormentilla, trifolii fibrini.

Extracta hæc fimplicia conficiuntura affundendo fimplicibus menstruum aptum, vel aqueum, vel vinosum & spirituosum, præprimis verò spiritum vini. Liquor deinde per coctionem vel digestionem faturatus per inclinationem decantatur, & per evaporationem vel destillationem inspissatur ultra mellis consistentiam. In herbis & radicibus sola quandoque aqua sufficit; in resinosis spiritu vini opus est:

EXTRACTUM CASTOREI.

R. Effentiæ caftorei quantum vis,

M 2

ab-

abstrahe spiritum per alembicum ad extracti consistentiam.

EXTRACTUM CATHOLI-CUM HOFFMANNI.

Jungken corp. Pharm. pag. 607.

Extracti aloës fuccotrinæ unciam unam.

colocynthidos,

refinæ gialappæ, fcammonii,

gummiguttæ, ana drachmas

tres,

M. fiat extractum

EXTRACT. CHACARILLÆ.

By. Corticis chacarillæ in pulverem redactæ quantum vis, affunde spiritum vini rectificatum, avocaque eundem in igne arenæ, moderato calore, ad debitam extracti consistentiam

EXTRACTUM CROCI.

By. Croci Orientalis optimi uncias duas, fpiritus vini rectificatissimi quantum fatis.

Digere loco tepido, vase optime clauso, per biduum, spiritum tinstum decanta, alium affunde, digere, idque continua, donec omnis essentia extracta, quas omnes confundeac spiritum in balneo abstrahe ad extracti consistentiam.

EXTRACTUM DIACAR-THAMI.

Pharm. Aug. Ren. pag. 303. Medullæ feminis carthami uncias

quatuor, turbith albi,

foliorum fennæ ana unciam unam

fcammonii drachmas quinque, rhabarbari optimi unciam unam, agarici trochifcati drachmas fex, mannæ electæ uncias duas femis, myrobalanorum chebularum uncias tres,

polypodii uncias duas,

E.

zingiberis albi drachmas duas.
Incifa & contufa cum vini spiritu, in loco calido, per aliquot dies extrahantur, spiritus tinctus decantetur, & remanentia exprimatur; postea liquor filtratus destilletur, donec ad mellis spissitudinem pervenerit.

EXTRACTUM HELLEBO-RI NIGRI.

Difp. Brand. pag. 97.

ky. Fibrarum hellebori nigri teneriorum, rejectis partibus lignofis, libram unam.

scindendo comminuantur & affundan-

aque simplicis limpidissime libre

fpiritus vini unciæ quatuor, talis tartari uncia femis.

Macerentur in balneo maris ad fufficientem virium extractionem, tunc liquor extractus depleatur, & ad extracti spissitudinem exhaletur.

EXTRACTUM OPII.

Disp. Brand. pag. 98.

Re. Opii Thebaici optimi quantum vis. In frustula minutim scissum in cucurbita vitrea vino albo generoso aut saltem aqua communi (succo citri acidulata) solve, solutum deple & per emporeticam destilla, residuo parum spiritus vini affunde, digere, extrahe, siltra, priori soluto redde ac calore moderato balnei ad extracti consistentiam inspissa.

EXTRACTUM PANCHY-MAGOGUM.

Pharm. Aug. Ren. pag. 36.

R. Scammonii unciam semis, rhabarbari electi, seminis ebuli ana drachmas tres, colocynthidos drachmas quinque, agarici optimi drachmas tres semis, turbith albi, hermodactylorum ana drachmas

hel-

duas femis,

hellebori nigri drachmas duas, foliorum fennæ unciam unam,

spiritus vini quantum sufficit. Stent fimul in infusione, loco calido, colentur & exprimantur, in quo liquore dissolvatur aloës succotrinæ uncia una femis, filtrentur, & spiritum vini abstrahendo ad extracti spissitudinem redigantur.

EXTRACTUM PHLEGMA. GOGUM QUERCETANI.

Pharm. Aug. Ren. pag. 306.

By. Agarici trochifcati uncias quatuor, hermodactylorum, turbith,

lennæ,

nedullæ carthami ana uncias tres, adicis efulæ præparatæ unciam unam,

rochifcorum alhandal unciam fe-

alis gemmæ,

macis ana drachmam unam femis. Cum spiritu vini fiat secundum artem extractum.

EXTRACTUM RHABAR-BARI SIMPLEX.

Seligitur optimæ notæ rhabarbarum, & cum aqua cichorii, ad modum aliorum, fit extractum.

EXTRACTUM SENNÆ FO-LIORUM.

Difp. Brand. pag. 99.

N. Foliorum fennæ mundatorum quantum vis.

Macera viginti quatuor horas in fufficienti quantitate, loco calido, extractum tinctum effunde, residuum foliorum exprime, utrumque conjunge, è p. Benzoë tritum & cum æquali parte foliis expressis calcinatis sal extrahe, quod extracto misce, ac dein blando calore balnei ad extracti requisitam confistentiam evapora.

EXTRACTUM TROCHI-SCORUM ALHANDAL.

Trochifcorum alhandal pulverifatorum quantum vis, falis tartari parum.

Mixtis affunde spiritum vini & fiat lege artis extractum.

Faba fancti Jonatii, Farina amygdalorum, fabarum, fænugræci, lini seminum.

FECULA ARI RADICUM

Pharm. Aug. Ren. pag. 316.

By. Radicum ari fucculentarum à fordibus & externa pellicula liberatarum quantum libet.

Minutim concifæ & contufæ, ex facco lineo sub prælo fortissimo exprimantur, & fuccus expressus in vase vitreo, vel fictili vitreato, in loco frigido reponatur, ut pulvis albissimus subsideat, à quo liquor supernatans per inclinationem separetur, fœcula vero remanens in umbra exficcetur.

Fel tauri inspissatum, vitri.

FLORUM CHIMICE PARA-TORUM SELECTUS.

FLORES BENZOES.

Pharm. Aug. Ren. pag. 319.

arenæ mixtum ollæ rotundæ impone, cujus orificium duplici chartâ emporetică convolută in modum pyramidis, vel manicæ Hippocratis, claude

F.

claude, postea igne ad sublimationem idoneo supposito, slores niveos sapius collige.

FLORES SALIS AM-MONIACI.

Pharm. Aug. Ren. pag. 318.

y. Sal ammoniacum in fufficiente quantitate; folvatur in aqua calida & filtretur; postea in locum frigidum reponatur & flores in aqua subsidentes exsiccentur; liquor vero remanens, pro ulteriori florum collectione, per exhalationem concentretur.

FLORES SALIS AMMO-NIACI MARTIALES.

Difp. Brand. pag. 101.

g. Limaturæ martis subtilissimæ uncias

falis ammoniaci purissimi libram semis.

In pulverem redacta & optime mixta ac aliquandiu loco calido digesta, è cucurbita vitrea igne arenæ gradatim aucto, tandem satis intenso sublimantur. Flores superiores ac leviores cautè collecti, præter alios usus, essentiæ martiali parandæ cedunt. Inferiores in sundo cucurbitæ residui, per deliquium in cella solvendi, liquori martiali inserviuut.

FLORES SULPHURIS MYRRHATI.

Disp. Brand. pag. 101.

Florum fulphuris fimplicium uncias duas,

adde aloës epaticæ,

myrrhæ electæ ana unciam unam, croci scrupulum unum, subtilissime trita misceantur.

FLORES SULPHURIS SIMPLICES.

Pharm. Aug. Ren. pag. 319.

R. Sulphuris communis in frusta dif-

F.

fracti uncias duas.

Injice in cucurbitam terream vitreatam, & imposito alembico vitreo, ex arena sublima, igne non nimium intenso, ne sulphur fluat, quod ita in flores sublimabitut, qui repetitis sape alternis alembicorum vicibus sunt colligendi, & denuo sulphuris subinde aliquid cucurbita immittendum, quous que sufficiens florum quantitas collecta fuerit.

FLORES VIRIDIS ÆRIS VEL CRYSTALLI.

Jungk. corp. Pharm. pag. 896.

R. Æruginis pulverifatæ quantum vis. Inde in matracium capax, & huic affunde aceti destillati ad quatuor digitorum Collocandum est matraeminentiam. cium in digestione supra cineres calidos, ibique per tres dies relinquendum, fubinde agitando acetum cœruleo inficietur colore, supernatantem liquorem per inclinationem effunde, & materiæ novum acetum affunde; in digestione stent per tres dies, ut prius, effunde liquorem per inclinationem, & perge affundendo novum acetum materia, donec tres quartæ partes æruginis, vel circiter, fint folutæ, ut nihil fuperfit, quam materia quædam terrestris. Tunc omnes hæ imprægnationes funt filtrandæ. & evaporandæ duæ tertiæ partes humiditatis in cucurbita vitrea, igne arenæ; defer vas in vinariam cellam, ibique immotum relinque per quatuor aut quinque dies, exiguæ formabuntur crystalli, collige eas, effusa per inclinationem aquâ, evapora adhuc tertiam humiditatis partem, vel circiter, & crystallisandam materiam, ut prius, repone, perge in his evaporationibus ac crystallisationibus, donec omnes extraxeris crystallos, quas exficcabis & affervabis.

FLORUM VEGETABILIUM SELECTUS.

Flores acaciarum, anthos,

F

Flores aquilegia,
arnica,
aurantiorum,
balaustiorum,
bellidis hortensis,
sylvestris,

betonicæ,
borraginis,
buglossi,
calcatrippæ,
calendulæ,
carthami,
centaurii minoris,
chamomillæ Romanæ,
vulgaris,

cheiri,
cyani,
genistæ,
hepaticæ nobilis,
hyperici,
lavendulæ,
liliorum alborum,
convallium,

lupuli,
malvæ arboreæ,
meliloti,
nymphææ,
papaveris erratici,
persicorum,
primulæ veris,
prunellæ,
rosarum albarum,
rubrarum,
salviæ,

F.

Flores fambuci,

fcabiofæ,

faxifragiæ albæ,

fpicæ domesticæ,

stæchadis Arabicæ,

tiliæ,

tunicæ,

verbasci,

violarum,

urticæ.

Tempus colligendi, ficcandi & affervandi modus Pharmacopoëis jam innotuit.

Nota: Ex florum classe, non omictendi erant, minerales licet,

Flores Martis nativi.

FOLIORUM SELECTUS.

Folia Acmella,
Judi, sive Malabathrum,
lauri,
myrti Italica,
quercus,
falicis,
fambuci,
fenna,
Folliculi senna,
Fuligo splendens,
Fungi rosarum,
falicis,
fambuci,

Galla Turcica, Gelatina cornu cervi licca,

fit per coctionem & evaparationem ad ficcitatem; postea effusionem in planas magdaleones.

GLOBULI MOSCHATI.

By. SacchariCanarienfis uncias quaruor, amyli albi unciam femis, radicis ireos Florentinæ drachmas moschi optimi grana quinque,

zibethi granum unum. Cum mucilagine gummi tragacanthi fiant lege artis globuli diversæ magnitudinis.

GUMMATUM SELECTUS.

Gummi ammoniacum, anima, Arabicum, asa fætida, asphaltum vel Judaicum. bdellium. benzoë, vel asa dulcis. caranna, cerasorum, copal, elemi, euphorbium, formicarum,

galbanum,

guttæ, hedera,

Gummi juniperinum, vel Sandaracha Arab. lacca, ladanum, mastiche commumis, in granis, myrrha communis, electa. olibanum electum, opopanax, Jagapenum, vel serapinum, Sanguis draconis, Sarcocolla, Styrax Calamita, in granis, liquida, liquidæ styracis compositionem, vid. in Pomet. Spezeren : Sandlung

> tacamahaca, tragacanthum, album. commune.

pag. 379.

Nota: Depuratio gummatum ammoniaci, galbani, opopanacis, fagapeni &c. fiat folvendo gummata in aceto pro re nata fquillitico; post colaturam rursus igne moderato acetum avocando & inspissando.

H.

Hepar anguillæ exsiccatum, lupi induratum.

Utrumque in frusta discindatur, aquâ tepidâ abluatur, lentoque igne exsiccetur.

HERBARUM SELECTUS.

Abrotanum, absinthium Ponticum,

vulgare,

acetosa,
acetosella,
adianthum album,
aureum,
nigrum,
rubrum,

ageratum, agrimonia, alcea, alchimilla, althea, anagallis rubra, anethum, anserina, antirrhinum, aristolochia longa, artemisia, asarum, atriplex, auricula muris, basilicum, beccabunga,

H.

bellis hortensis, Sylvestris, betonica, borrago, botrys Mexicana, vulgaris, branca ursina, buglossum, bursapastoris, calamintha montana, cardiaca, carduus benedictus, Maria, centaurium minus, centinodium, ceterach, vel asplenium, chamadrys, chamæpitys, chamomilla Romana, charefolium, chelidonium majus, minus, cichorium.

cichorium,
cicuta,
cochlearia,
confolida Saracenica,
cufcuta,
dictamnus Creticus,
endivia,

o mullydgolldem.

H.

epithymum Creticum, equisetum, eryfimum, euphrasia, farfara, fæniculum, fragaria, fumaria, galega, genista officinalis, geranium Robertianum, gratiola, hedera arborea, terrestris, hepatica nobilis, stellata, herniaria, hypericum, hy fopus, lactuca, lavendula. levisticum, linaria, majorana, matoa, marum verum, marrubium album, matricaria, melilotus. melissa citrata, melisophyllum,

H.

mentha crifpa,
rubra,
Saracenica,
mercurialis,
millefolium,
morsus diaboli,
nasturtium aquaticum,
nicotiana.
nummularia,
ononis,
origanum Creticum,
vulgare,

paris,
parietaria,
pentaphyllum,
perfoliata,
perficaria,
petrofelinum,
pimpinella,
plantago major,
minor acuta,

polium Creticum,
montanum,
primula veris,
prunella,
pulegium,
pulmonaria arborea,

macu-

pyrola, rosmarinus hortensis, rorella,

THE

H.

ruta hortensis, Sabina, Salvia hortensis, Clarea. (cabiola, scolopendrium, ferpillum, Inderitis. Solanum, Soldanella, tamariscus, tanacetum, taraxacum. Thea viridis, Boye, thymus Creticus, nostras, tormentilla, trifolium fibrinum, hortense, verbascum, verbena, veronica,

verbena,
veronica,
vinca pervinca,
violaria,
ulmaria,
urtica,
uvularia.

Justo tempore colligendæ, à fordibus mundandæ, exsiccandæ, arque, ne situm contrahant, interdum circumagitandæ, & loco congruo asservandæ sunt.

-SIMITIO

I.

INFUSUM LAXATIVUM MANNAGETTÆ.

Pharm. Aug. Ren. pag. 88.

Foliorum fennæ electæ drachmas
tres,
cremoris tartari drachmas duas,
paffularum minorum,
confectionis feminis coriandri ana
drachmas tres.

Incisa & contusa infundantur, per viginti quatuor horas, in aquæ sontanæ bullientis uncias quatuordecim, postea colentur cum leni expressione atque in colatura solvantur

mannæ Calabrinæ electæ unciæ quatuor. Et cum albumine ovi clarificentur.

Jujubæ.

JULAPIUM ROSATUM.

R. Sacchari albissimi libras duas.
Solvein aquæ fontanæ sufficienti quantitate, clarifica cum albumine ovi, trajice per manicam Hippocratis, coque ultra consistentiam tabellarum, ab igne remotis, admisce aquæ rosarum optimæ & fragrantissimæ uncias tredecim semis.

JULAPIUM SAMBU-CINUM.

Paratur codem modo, ut julapium rofatum.

JULAPIVM VIOLARUM.

Ex aqua violarum optima, uti præcedens, cum faccharo foluto conficitur.

0 2

Lac

L

Lac Lune nativum. LAC SULPHURIS.

Disp. Brand. pag. 102.

84. Florum sulphuris quantum vis, olei tartari per deliquium quantum

Solve digerendo flores in liquorem, cui affunde acetum vini album clarissimum, & lactescer & præcipitabitur pulveris formå, crebris affusionibus aquæ pluviæ destillaræ à falsedine liberandum, lac, quod appellatur, sulphuris.

LAC VIRGINIS.

Disp. Brand. pag. 102.

y. Lithargyrii fubtilissime triti libram femis.

Coque in aceti vini fortis albi libra una femis, ad confumtionem tertiæ aceti partis, tunc filtra. Colaturæ affunde aluminis crudi, in aqua communi, quantum fufficit, foluti, & aliquantifper cocti uncias quatuor, & albefcet liquor, qui lac virginis vulgo dicitur.

LAPIDUM SIMPLICIUM & PRÆPARATOR. SELECTUS.

Lapis ætites,
alabastrinus,
amethystus,
bezoar occidentalis,
orientalis,
calaminaris vulgaris,
præparatus,
carneolus vulgaris,
præparatus,
carpionum,
de Goa,
granatus simplex,
præparatus,

L

hæmatites vulgaris,
præparatus,
hyacinthus simplex,
præparatus,

LAPIS INFERNALIS.

Collect. Chim. Leydenf. pag. 95.

R. Solutionis lunæ quantum vis. Hanc evapora in vitro ad confumtionem partis dimidiæ, reliqua massa per vices crucibulo capaciori (ne materia igne intumescens, ferreo instrumento deprimenda, extra crucibulum essuat) committatur, inque eo detineatur, donec in sluidum, olei instar, abeat, quod in canalem ferreum essuada, fi nigerrima & compacta sit, in vitro optime clauso servari debet; si non compacta, & nigra satis, iterum in crucibulo liquesacienda, ut ante, donec ad prædictam consistentiam perducta sit,

Lapis judaicus,
lazuli,
lyncis vulgaris,
preparatus,
manati,
magnetes vulgaris,
preparatus,

LAPIS MEDICAMENTO-SUS CROLLII.

SUS CROLLII.

Disp. Brand. pag. 102. & 103.

P. Vitrioli viridis libram unam, albi libram semis, aluminis crudi libram unam semis, fellis vitri, salis communis, tartari, absinthii, artemisia, cichorii, persicaria, plantaginis, ana unciam semis.

In olla vitreata satis capaci, pulverisata

omnia.

L.

omnia, ac affuso aceti vini quantum sufficit, humectata, coque igne carbonum moderato, sapius agitando; cum spissescere incipit, adde optime trita, scil.

ceruffæ libram femis,

boli Armenæ uncias quatuor.
Subigantur diligentissimè & misceantur exacte, donec exhalato liquore omni, in lapidis duritiem concreverint, qui, fractà ollà, eximendus & usui asservandus.

ofteocolla,

præparatus,
prunellæ, vid. nitrum,
pumex,
rubinus,

præparatus, birus,

præparata.

serpentinus, silex

calcinatus, smaragdus

præparatus,

smiris,
specularis,
spongites,
topazius,

præparata, tripolis.

Nota: Omnia hic annotata & fic dicta præparata eundem feré in modum conficiuntur, ut supra de coralliis &c. mentionem fecimus. Supersedere ergo placuit diffufiore corundem descriptione, alias satis nota & facili.

L.

LAUDANUM OPIATUM CYDONIATUM.

Pharm. Aug. Ren. pag. 307.

R. Opii Thebaici in particulas confeiffi libram femis,

fucci cydoniorum recentis libras

quinque.

Exponantur leni calore ad fermentandum per aliquot dies, liquor rubicundus fileretur, atque ad extracti confistentiam inspissetur.

LAUDANUM HYSTERI-CVM DOLÆL

Encyclop. Med. pag. 487. B. Extracti opii cydoniati drachmam

zedoariæ drachmam femis, calami aromatici, radicis levistici ana ferupul. femis,

cinnabaris nativæ, castorei ana grana duodecim,

lapidis bezoardici Orientalis scrupulum semis,

olei fuccini

rutæ ana quantum fatis. Fiat lege artis extractum.

LAUDANUM LIQUIDUM SYDENHAMII.

R. Opii Thebaici depurati & rurfus ficcati uncias duas,

croci Orientalis optimi unciam

pulveris cinnamomi acuti,

caryophyllorum ana drachmam unam.

vini Hungarici optimi libram unam. Infunde, ac balneo maris triduum digere, donec opium sit folutum, & reliquorum virtus extracta, tum demum levi expressione cola ac serva.

LIGNORUM SELECTUS.

Lignum Aloës
afphaltum,

Lignun

L.

Lignum buxinum,
colubrinum,
fraxinum,
juniperinum,
lentiscum,
nephriticum.
rhodium,
fanctum, sive Gvajacum.
fantalum album,
citrinum,
rubrum,

LIQUORUM SELECTUS. LIQUOR CORNU CERVI SUCCINATUS.

tamarisci.

Difp. Brand. pag. 104.

g. Spiritus cornu cervi probe rectificati uncias quatuor, falis volatilis cornu cervi, fuccini optimé depu-

ana unciam unam.

Mixta digere in phiola optime clausa, lenì calore balnei, donec exacte uniantur, postmodum destilla è retorta, juncturis probe munitis, ex arena, igne moderato, & aliquoties cohoba.

LIQUOR NITRI FIXI.

Pharm. Aug. Ren. pag. 312.

84. Nitri depurati quantum libet.
In crucibulo bene ignito ad fluorem perducatur, & fuccessive particula carbonum injiciatur, usque dum flammam amplius non concipiat, tunc in mortarium calefactum effundatur; quod in cella per deliquium solutum ac filtratum, vocatur liquor nitri fixi,

L.

OLEUM TARTARI PER DELIQVIUM.

R. Salis tartari quantum placet.
Imponatur tabulis vitreis concavis, reponatur per aliquot dies in cellam humidam, ut fal liquescat; decantetur liquor, &, si opus fuerit, filtretur.

LIQUOR TERRÆ FOLIA-TÆ TARTARI.

Reponatur in cellam humidam, ut sic fiat liquefactio, vel per se, vel aspersa interdum aqua appropriata, scilicet cichorii &c.

LIQUOR STYPTICUS EX-TERNUS.

By. Limaturæ martis uncias quatuor, olei vitrioli uncias duas, vel quantum fatis pro folutione & corrofione,

folutionis aluminis in aqua pluvia factælibram unam femis. Superfunde fuccessive, ne materia transiliat effervescendo vasculum; finita effervescentia fiat colarura.

Lithargyrium argenteum, aureum.

LOOH AD ASTHMA.

Pharm. Aug. Ren. pag. 114.

By. Squillæ præparatæ unciam femis, marrubii, hysfopi ana drachmam unam, ireos drachmas duas, myrrhæ, croci, ana drachmam femis, mellis, quantum fufficit.

Fiat looh.

LOOHE PULMONE VULPIS.

Pharm. Aug. Ren. pag. 110.

Pulmonis vulpis siccati & præparati,
succi

L.

- topic

fucci glycyrrhizæ,
capillorum veneris,

fœniculi, ana unciam unam, facchari clarificati uncias quindecim.
Omnia tenuissime trita faccharo excipiantur, & ad debitam formam redigantur.

LOOH SANUM & EX-

Pharm. Aug. Ren. pag. 110.

y. Cinnamomi,
hysfopi,
calaminthæ,
ireos,
feminis anisi,

fœniculi ana unciam femis, capillorum veneris manipulum unum.

Macerentur per viginti quatuor horas in aquæ fontanæ libris duabus, postea destillando abstrahatur circiter libra una, cum qua ex

> pinearum mundatarum drachmis quinque,

> amygdalorum dulcium drachmis

fiar emulfio & folvendo in ea facchari albi libras duas, additisque

pulveris glycyrrhizæ, tragacanthi,

gummi Arabici, amyli ana drachmis tribus, ireos drachmis duabus,

optime misceantur.

M.

Macis.

MAGISTERIORUM SE-LECTUS.

MAGISTERIUM CORAL-LIORUM ALBORUM, RUBRORUM,

Pharm, Aug. Ren. pag. 323.

B. Coralliorum iufficientem quantitatem,

M.

Super infuso aceto destillato in calore fiat eorum solutio, toties acetum affundendo, quousque ebullitionem concitaverit. Liquori filtrato instilletur oleum tartari, ut pulvis præcipitetur, qui, aquâ fontanâ probe edulcoratus, siccetur.

MAGISTERIUM GUMMI GUTTÆ.

Pharm. Aug. Ren. pag. 317.

R. Gummi gamandræ quantum volueris.

Dissolvatur cum sufficienti quantitate spiritus vini in vase vitreato, ut instar pulmentissat, postea in arena exsiccetur, cavendo ne nigrescat, sed ut colorem suum nativum luteum servet.

Magisterium gialappæ sub titulo resinarum videatur.

MAGISTERIUM JOVIS.

Difp. Brand. pag. 108.

R. Cinerem stanni Anglici, aut alterius purissimi, saturno non adulterati, calcinatione uti supra dictum, igne aperto paratum, & subtilissime tritum, solve aceto destillato acri, aut radicato, similive menstruo, ac per bibulam cola; colatum aut ad cutilam exhala, & in loco frigido crystallos salinas collige, aut ad siccitatem exhalatum in magina salinum coge, quod aqua destillata rursus solve, filtra & in sal, aut salisormem massam, denuo coagula. Quam more communi in magisterium pracipita, ablue & edulcora.

MAGISTERIUM MAR-CASITÆ.

Spin. Lex. Pharm. pag. 633.

p. Marcasitæ pulverisatæ quantum vis. Solve in aqua forti, præcipita cum spiritu vini, præcipitatum edulcora & exsicca. St loco spiritus vini simplicis,

2

ad præcipitationem sumitur spiritus vini tartarisatus, melius præcipitationem procedere, Hossmannus testatur.

MAGISTERIUM OCULO-RUM CANCRI.

Eodem modo, ficut coralliorum magisterium, parari solet.

MAGISTERIUM UNGULÆ

Pharm. Aug. Ren. pag. 323.

19. Limaturæ ungularum alcis, quantum vis.

Irroretur cum spiritu nitri, postmodum superfundatur acetum vini destillatum, stent per aliquot dies in digestione, deinde colentur, ac instillato spiritu vitrioli rectificato, præcipitabitur pulvis, qui frequentioribus ablutionibus edulcoretur & exsiccetur.

MAGNES ARSENICALIS.

Difp. Brand.pag. 109.

y. Arfenici crystallini, antimonii crudi,

fulphuris flavi, ana uncias duas.

Fiat omnium pulvis fubtilis, quem in vitro arenæ impone, ac igne fuccessive moderato tam diu detine, à fumo exhalante solicite tibi cavendo, donec omne deliquescat, quod stilo ferreo mundo immisso explorare poteris, ac deprehendes, ubi terebinthinæ instar, stilo materia liquesacta adhæseric, tum resrigescat vitrum, quo fracto, materiam, lapidis instar, induratam, susci coloris, exime, ac subtiliter tritam serva.

MAGNESIA ALBA.

Pharm. Aug. Ren. pag. 321.

2. Lixivii nitrariorum quantum placet. Coquatur in olla capaci, ad partium aquosarum exhalationem, postea calcinetur & edulcoretur.

Mandibulæ lucii piscis, præparatæ

M.

Pulverisatæ super prophyrice teruntur, aqua cardui Mariæ aspersa, donec massa siat subtilissima, nec ulla asperitas digitis amplius sentiatur, hinc parvuli coni formati ex siccantur, & asservantur.

Manna Calabrina tabulata.

Fit ex manna aquâ rofarum foluta & depurata, quæ more communi in tabulas effunditur.

Marcasita,
Marga saxatilis, vel medulla,
Margaritæ Occidentales,
Orientales,
præparatæ.

Super marmore cum aquis ceraforum nigrorum florumque tiliæ ad modum mandibularum lucii pifcis præparantur.

MARS SULPHURATUS.

By. Limaturæ martis,

fulphuris fubtilissime tritiana quan-

Misce, & in patina terrea plani fundi, supposito igne prunarum sufficienti, continuo spatula agitando calcina, donec sulphur omne deslagraverit, postea subtilissime tritum serva.

Mastiche, vid. gummi. Mater perlarum cruda.

præparata,

juxta modum antecedentium præparatorum confici folet.

Medulla cervina.

MELLA MEDICA SELECTA. MEL CALTHÆ PALUSTRIS.

y. fucci ejusdemherbærecens expressi libras tres,

mel-

mellis despumati libras duas. Fiat lege artis mel.

MEL MERCURIALE.

Disp. Brandenb. pag. 110. E foliis herbæmercurialis succum exprime,

mellis optimi libras duas.

Coquantur, ut artis est, & despumentur debite, colentur tandem ac serventur.

MEL PYRETHRI.

Radicis pyrethri uncias tres.

Contufæ grosso modo infundantur in vini albi unciis novem, stent in digestione per tres vel quatuor dies, postea exprimantur, & cum mellis virginei libra una ad debitam consistentiam coquatur.

MEL ROSATUM SIMPLEX.

Difp. Brand. pag. 110.

rum, aut incarnatarum libras fex.
Conquassatis affunde aquæ calidæ libras totidem, stent per diem & noctem in maceratione. Colaturæ expressæ adde mellis optimi & purissimi tantundem, coquantur ex arte ad consistentiam, melle paulo liquidiorem.

Mel virgineum.

MERCURIUS DULCIS.

Disp. Brand. pag. 111.

19. Mercurii sublimati corrosivi,
vivi optime purgati partes
æquales.

In mortario marmoreo, aut pro quantitatis ratione, in vase sictili valido plani fundi, & satis capaci, pistillo ligneo sollicite terendo misceantur, donec mercurii vivi nil usquam appareat, tum è cucurbita vitrea, inferne probe loricatâ, uti artis est, igne convenienti, aut aperto, aut arenæ, in cupella ferrea sublima, fæces in fundo restitantes, ut & materiam nigricantem, in collo altius sublimatam, vitrum annulo ferreo, cautè frangendo, aufer. Mercurium sic sublima-

M.

tum denuo, addita & exacte, ficut prius, mixtâ mercurii crudi diligenter purgati medietate, fi vis, aut per se quoque sublima, sublimatumque, sequestratis sequestrandis, pro mercurio sufficienter edulcorato serva: Sapius enim repetita sublimationes ejus vires non augent, sed minuunt.

MERCURIUS PRÆCIPITA-TVS ALBUS.

Pharm. Aug. Ren. pag. 321.

y. Mercurii uncias quatuor.
Dissolve in aquæ fortis sufficienti quantitate, postea aquâ salsa in album pulverem præcipita, qui ab omni salsedine & acrimonia debite cum aqua communi eluatur & exsiccetur.

MERCURIUS PRÆCIPITA-TUS RUBER.

Pharm. Aug. Ren. pag. 322.

By. Mercurii purificati libram femis. Disfolve in aquæ fortis sufficienti quantitate, destilla ex retorta, in arena, ad siccitatem, igne forti ad extremum administrato. In fundo hærebit pulvis ruber præcipitatus.

MERCURIUS SUBLIMA-TUS CORROSIVUS.

Pharm. Aug. Ren. pag. 321.

R. Mercurii purificati,

falis depurati & decrepitati ana libram unam.

Subigantur cum pauxillo aquæ fortis, aut modico aceto, exficcata terantur & misceantur in mortario lapideo cum pistillo ligneo tam diu, donec mercurius non amplius conspiciatur, & una cum prædictis speciebus in pulverem abeat. Trita materia in cucurbita cum alembico, dando in arena ignem per gradus, ad octo vel decem horas sublimetur.

MERCURIUS VITÆ.

B. Butyrum antimonii reclificatum.

Gut-

Guttatim, in vafe amplo vitreo, instilla in aquam pluviam limpidissimam; fic ad fundum mercurius vitæ fecedet, pulveris candidiffimi formâ, quem, affufa fæpius aquâ pluviâ recenti, donec omni R. Spiritus theriacalis camphorati unacrimonià liberatus fuerit, follicite edul-

Mercurius vivus. Mespila exsiccata, Millepedes, vid. pulveres Simplices,

Minium. Minera martis folaris, Mithridatium, vid. electuarum.

MIVA CYDONIORUM AROMATISATA.

Diff. Brand. pag. 113.

. Cardamomi drachmas tres, cinnamomi electi, caryophyllorum ana drachmas duas,

macis, mastiches,

zingiberis ana drachmam unam

ligni aloës drachmas duas femis, croci drachmas duas, ambræ,

moschi ana scrupulum unum. Contusis affunde vini albi generosi

libram unam, stent in maceratione per horas viginti quatuor, postea cum aliquali expressione per chartam empore-

ticam colentur. Interea

R. Succi cydoniorum bene maturorum recens expressi, & depurati libras viginti, facchari albiffimi libras tres.

Coquantur ad confistentiam fere tabulati, quibus tum infusionem supradictam affunde, & resolvendo saccharum, justa confistentiæ fac mivam.

MIXTURA SIMPLEX RE-CTIFICATA.

Pharm. Aug. Ren. pag. 282.

cias quinque, tartari rectificati uncias

vicrioli boni unciam unam. Misceantur, & digerantur aliquandiu in vitro bené clauso, postearectificentur.

MIXTURA ANTISCORBU-TICA WEDELII.

R. Spiritus cochleariæ unciam unam, carcafi, falis striati ana unciam semis, liquoris martialis, drachmam unam,

effentiæ anodynæ fcrupulos duos. Misce, digere, servetur ad usum.

MORSVLI IMPERATORIS.

Pharm. Aug. Ren. pag. 122.

R. Pincarum mundatarum, pistaciorum decorticatorum, amygdalorum dulcium ana unciam femis,

specierum Imperatoris parum incifarum & contufarum drachmas

specierum aromaticarum rosatarum Gabrielis,

cinnamomi incifi & contufi ana drachmam unam,

conservæ rosarum Damascenarum unciam femis,

facchari in aqua rosarum dissoluti uncias octo.

Fiant morfuli.

Moschus Orientalis, Mumia, Mures marini. Muscus terrestris clavatus, Myrobalani bellerica, chebule. citrine.

emblica, Inda, Myrrha, vid. Gummi,

MVCHARVM ROSARVM.

Pharm. Argent. pag. 244.

y. Florum rofarumDamascenarum recentium quantum libet, e. gr. libras duodecim.

Contundantur & macerentur horis viginti quatuor, in totidem aquæ claræ ferventissima libris, postea exprimantur, additisque facchari albi libris duabus in firupum fecundum artem coquantur.

Nidus birundinum, Nibili album, Nitrum antimoniatum.

Obtinetur uno eodemque negotio, quo antimonium diaphoretium con-Aqua enim, quâ elutriaficitur. tum & edulcoratum fuit dictum antimonium, fartagine ferrea, leni carbonum igne, evaporatur, more falium, donec pelliculam in superficie contrahere videatur, postea latiori vitro indita, loco frigido reponitur, & confurgent crystalli elegantissimæ, si rite processeris, quadrangulares vel etiam fexangulares.

NITRVM CORALLISA-TVM SCHROEDERI.

By. Nitri in aceto destillato soluti partes

falis coralliorum itidem per acetum destillatum parati partes duas.

Conjunge, coagulaque evaporando, repone in locum frigidum ad crystallifandum.

Nitrum crudum,

NITRVM DEPVRATVM.

Fit, nitrum commune solvendo sapius, filtrando & evaporando ad cuticulam, donec in loco frigido in crystallos satis puras ac nitidas concrescat.

NITRVM PERLATVM.

Difp. Brand. pag. 116.

R. Nitri optime depurati partes duas. magisterii matris perlarum partem

Solve utrumque in quantitate fufficiente aquæ rofarum fragrantis, foluta mifce, mixta exhalando ad cuticulam, loco quieto in crystallos coagula.

NITRVM TABVLATVM.

Ry. Salisnitri depurati libram unam. Exficcatum & tritum in crucibulo, igni imposito, liquefiat, cui dein pedetentim injiciarur florum fulphuris uncia una ; peracta deflagratione tandem in laminam metallicam politam guttatim, ut in rorulos abeat, effundatur, & frigore concrescat.

NVCVM SELECTVS.

Nuces aquatica, vid. tribuli cupressi, moschata, pistachia, Nuclei Armeniaci, cerasorum,

> atter radicis alkannes quencury this deinceps pro lubitu

locent rainicandem obeingadam

ploum citri addi pereft.

0.

Oculi cancrorum,

præparati,

populi.

SELECTUS OLEORUM Coctorum & Expressorum.

OLEVM ABSINTHII.

Pharm. Aug. Ren. pag. 161.

g. Olei olivarum libras tres, comarum abfinthii Pontici recentis contufarum libram unam,

rosarum rubrarum unciam semis. Macerentur per triduum in loco calido, deinde coquantur, usque dum prunis injectum non amplius strepat oleum, quod colatum servetur-

Oleum amygdalorum amarorum expressum, st ad modum sequentem.

OLEVM AMYGDALORVM DVLCIVM.

& ficcata fine igne,
minutissime contusa, ac cilicio inclusa
præloexprime successive, donec omne
oleum suerit expressum.

oleum anagallidis,

eodem modo parantur, ut supra descriptum oleum absinthii.

oleum been expressum.

OLEVM BEZOARDICVM WEDELII.

 Olei amygdalorum dulcium unciam unam,

camphoræ drachmam unam.
Solvatur camphora leni igne, & ad colorem rubicundum obtinendum addatur radicis alkannæ quantum fatis, quibus deinceps pro lubitu oleum citri addi potest,

0.

oleum bryoniæ.
ad modum præcedentium fic.

OLEVM CAPPARVM.

Pharm. Aug. Ren. pag. 182.

g. Corticis radicum capparum unciam unam,

florum tamarifci, florum tamarifci, feminis agni casti, ceterach, cyperi ana drachmas duas, rutæ drachmam unam.

Trita, & cum aceto irrigata, cum olei olivarum libra una coquantur ad humiditatis aqueæ confumtionem, colentur

& exprimantur.

OLEVM CARMINATIVUM.

Jungk. corp. Pharm. pag. 681.

B. Olei olivarum recentis libras duas, cui immergantur sequentia crassiuscule incisa & contusa:

herbæ recentis anethi cum fummi-

rorismarini, menthæ crifpæ, pulegii florescentis ana uncias duas semis.

florum chamomillæ recentis uncias quatuor,

corticum aurantiorum recentium & extimorum unciam unam femis,

baccarum lauri recentium, juniperi viridium ana unciam unam,

feminis carvi, coriandri, anifi, ana drachmas fex.

opii Thebaici drachmas duas,
ftent in infusione per diem unam, factaq;
unâ alteraque ebullitione in alembico
vitreo, suo capitello munito, (ut id, quod
ebulliendo transit, reasfundi possit) colentur, dum adhuc parum calent, & exprimantur species fortiter; oleo expresso adde, & in eo liquesac lenissimo calore

camphoræ drachmas fex, olei stillatitii carvi fœniculi ana drachmas

duas,

misceannir.

OLEVM CASTOREL

Difp. Brand. pag. 118.

R. Castorei. cassia lignea vera, cubebarum, euphorbii, fpicæ nardi Indicæ, galbani, opopanacis,

styracis Calamitæ ana drachmas duas,

cyperi, piperis longi, nigri,

pyrethri, fabinæ,

schœnanthi ana drachmas duas semis,

vini albi generosi libras duas, olei olivarum purissimi libras tres. Galbanum & opopanacem in vino feorfim distemperata & soluta per linteum exprime, reliqua in pulverem tenuissimum redacta, cum oleo & vino coque ad vini plenam confumtionem, additis gummi seorsim solutis & expressis, diligenter ac fæpius miscendo, ne ab oleo gummata rurfus fecedant.

Oleum chamomilla, paratur eodem modo, ut omnia fimplicia olea cocta.

OLEUM COLOCYN-THIDIS.

Pharm. Aug. Ren. pag. 183. w. Olei absinthii, rutæ, ana unciam unam, fellis bubuli, agnini, ana unciam femis,

pulpæ colocynthidis,

hellebori nigri ana drachmas duas-Coquantur ad humiditatis aquofæ confumtionem & colentur.

OLEUM CYDONIORUM.

Pharm. Aug. Ren. pag. 183. B. Cydoniorum non excorticatorum libras duas,

olei olivarum libras tres. Post factam macerationem fiat coctio ad humidi aquei exhalationem, colatura & expressio.

OLEUM FORMICARUM

Pharm. Aug. Ren. pag. 183.

R. Formicarum uncias duas, olei libram femis.

Macerentur æstate ad solem, vel alio calore, diebus quadraginta, postea colatum oleum reponatur.

OLEUM HYOSCYAMI.

Pharm. Aug. Ren. pag. 188. By. Seminum hyofcyami quantum vis. Contundantur, torreantur & expriman-

OLEUM HYPERICI.

Pharm. Aug. Ren. pag. 184.

R. Florum hyperici ad maturitatem feminis fere accedentium contuforum libras tres, croci scrupulos quatuor, olei clari libras duas.

Post factam trium dierum macerationem bulliant ad humiditatis aquofæ confumtionem, postea exprimantur, & expressum commisceatur cum terebinthinæ claræ libra una.

OLEUM LAURINUM.

Pharm. Aug. Ren. pag. 188.

R. Baccarum lauri recentium electarum, maturarum & contritarum quantum vis.

O.

Coquantur in aqua, colentur & exprimantur, liquori expresso, postquam refrigeratus suit, oleum supernatat.

OLEUM LILIORUM AL-BORUM SIMPLEX.

Pharm. Aug. Ren. pag. 184.

y. Florum liliorum alborum, abjecto, quod croceum est,

olei ana libras tres.

Macera & infola per dies octo, postea
coque & exprime.

OLEUM LILIORUM ALBO-RUM COMPOSITUM.

Pharm. Aug. Ren. pag. 192.

Mastiches,
calami aromatici,
costi,
carpobalsami ana unciam unam,
caryophyllorum,
cinnamomi, ana unciam semis,
croci drachmas tres.

Omnia, post sufficientem macerationem in olei liliorum alborum simplicis libris duabus, exprimantur & colentur.

OLEUM LINI EXPRESSUM.

Ex femine lini contufo & affato exprimitur.

OLEUM LUMBRICORUM TERRESTRIUM.

Pharm. Aug. Ren. pag. 184.

y. Lumbricorum terrestrium libram femis.

Laventur in vino, deinde immittantur in olei rosati libras duas, coquantur ad humidi aquosi consumtionem.

OLEUM MASTICHINUM.

Pharm, Aug. Ren. pag. 185.

19. Olei rosati libram unam, in quo dissolve mastiches uncias tres.

Fiat colatura.

O.

OLEUM MENTHÆ,

ex mentha crispa cum oleo more simplici paratur.

OLEUM MOMORDICÆ,

obtinetur ex infusione pomorum momordicæ in oleo amygdalorum dulcium.

OLEVM NICOTIANÆ.

Foliain oleo olivarum per dies aliquot macerantur & leniter digeruntur.

OLEUM NUCIS MOSCHA-TÆ EXPRESSUM.

Pharm. Aug. Ren. pag. 189.

Nuces moschatæ radula attritæ, aut concisæ, & diligenter contusæ. aquæ calidæ vapore irrigantur, ex quibus postmodum, dum adhuc calent, oleum exprimitur.

OLEUM NUCVM JU-GLANDIUM,

conficitur, ut oleum amygdalorum.

OLEUM OLIVARUM,

transfertur ad nos jam paratum.

OLEUM OVORUM EX-PRESSUM.

Ry. Ova recentia coque, donec indurentur, postea vitellos exime, & contritos assa in sartagine, donec rusescant, & pinguedinem quandam emittant, deinde adhuc serventes, & forti sacco inclusos exprime.

OLEUM PAREGORICUM

VVed. Chim. pag: 89.

R. Olei hyofcyami,
capparum,
fcorpionum, ana drachmas
duas,
petræ albi fcrupulum unum,
anethi,
carvi.

anifi, juniperi, fuccini_t

calami aromatici, macis ana guttas tres!

Corticum exteriorum reccisoliM

OLEUM PAPAVERIS EXPRESSUM,

præparatur ut oleum feminis hyo-Ciami, anasanat supe simpilar pi su

OLEUM RAPARVM, conficitur ut oleum seminis lini.

OLEUM ROSATUM.

Pharm. Aug. Ren. pag. 185.

Ry. Olei communis,

rofarum Damascenarum nondum penitus apertarum & contufarum ana libras quatuor.

Macera & insola per dies octo, postea cola & exprime; nonnulli tres instituunt infusiones, pro singulis uncias sedecim rofarum recipientes, in ultima vero infusione rosas relinquentes.

OLEUM RUTÆ.

Pharm. Aug. Ren. pag. 186.

Ex foliis rutæ recentibus & oleo seminis lini expresso, sumendo amborum aquales partes, coctione & expressione paratur.

OLEUM SCORPIONUM SIMPLEX.

ly. Scorpionum numero triginta, olei amygdalorum amarorum libras

Macerentur in vase vitreo stricti orificii, per dies triginta, in loco calido, postea colatum ad usus reponatur.

OLEUM SPERMATIS RA-NARUM.

By. Spermatis ranarum libras duas, olei communis libras tres. Coquantur simuligne lento ad consum-

tionem partis aquosa, deinde colentur,

& ferventur.

OLEUM STOMACHICUM FLORENTINHM

Pharm. Aug. Ren. pag. 186.

By. Mastiches uncias sex. nucis moschatæ. caryophyllorum ana uncias quatuor,

scheenanthos, macis ana unciam unam, ligni aloës uncias quinque, olei mastichini libras duas.

Coquantur in vase bene cooperto, & colentur.

OLEVM TAMARISCI,

paratur ad modum aliorum.

OLEUM VERBASCI

Ex floribus verbasci paratur, sicut oleum liliorum alborum fuperius descriptum.

OLEUM VULPINIIM.

Pharm. Aug. Ren. pag. 197.

By. Vulpem integram vegetam, exemtis interancis,

aquæ fontanæ libras tres, olei veteris clari libras quatuor, falis uncias fex,

coquantur & inter coquendum adjiciatur

anethi

thymi ana libra una. Coctionem continuando, donec ab offibus recedat caro & aqua confumatur. dein coletur oleum.

OLEORUM DESTILLATO-RUM SELECTUS.

OLEUM DESTILLATUM ABSINTHII.

By. Summitatum absinthii cum semine maturitati proximo, quantum vis. Coquaffatæ macerentur aliquandiu, triduum forte vel quatriduum in aquæ fontanæ quantitate sufficiente, tum modico falis addito, destillentur per vesicam, ut artis eft, & aquæ innatans oleum aut separatorio, aut gossypio separetur.

R 2

0.

Nota: eodem modo parantur olea fequentia:

Oleum anethi,

chærefolii,
hyssopi,
majoranæ,
melissæ,
menthæ,
origani,
pulegii,
rorismarini,
rutæ,
sabinæ,
salviæ,
saturejæ,

OLEVM ANGELICÆ.

ferpilli,

thymi.

tanaceti.

3. Seminis angelicæ conquassati libram semis.

Infusum aquæ fontanæ, ac aliquantisper maceratum, addito salis modico, destilletur ex vesica cum refrigeratorio, & oleum, ut moris, ab aqua separetur.

Nota: eadem encheirisi destillantur reliqua olea ex seminibus, ut:

Oleum anifi,
car vi,
coriandri,
cumini,
fœniculi,
juniperi è baccis,
lauri è baccis,

0.

OLEUM AURANTIORUM CORTICUM.

R. Corticum exteriorum recentium aurantiorum malorum, non putridorum, quantum placet. Incisi cum sufficienti aqua fontana, absque fermentatione, è vesica destillentur, ac oleum, ut in reliquis, aquæ innatans, ut artis est, separetur.

OLEVM CORTICVM CITRI.

eadem methodo paratur.

OLEVM BALSAMI EM-BRYONVM:

separatur, post peractam destillationem aquæ, ope gossypii.

OLEUM BENZOES.

Disp. Brand.pag. 119.

g. Gummi benzoës electi & subtilisfime pulverisati quantum placet, affunde aquæ rosarum fragrantissimæ quantitatem convenientem, & è retorta vitrea, igne arenæ moderato, destilla, tandemque oleum ab aqua separa.

OLEUM BUXI EX LIGNO.

R. Scobis buxeæ fubtilissimæ quantum vis. Macera in vase capaci, magna cum aquæ quantitate, dies circiter quatuordecim, tum igne moderato per vesicam cum refrigeratorio destilletur, & ab aqua oleum separetur.

Nota: eodem modo ex lignis paran-

tur olea sequentia:

Oleum, gvajaci, rhodii, sassafras.

OLEUM CALAMI ARO-MATICI.

Radicum calami aromatici quantum vis.

Scissas minutissime, aliquandiu in sufficienti quantitate aquæ macera, tum per vesiO.

vesicam igne convenienti destilla, & ab aqua separatum oleum serva. Aquam interim rectifica, quæ, spirituosa parte sequestrata, pro aqua calami aromatici servire poterit.

Nota hoc modo etiam elicitur:

Oleum zedoaria,

cardamomi,
caryophyllorum,
cinnamomi,
cubebarum,
macis,
nucis moschata,
piperis.

Aromatica hæc olea una eademque encheirisi parantur, ac destillantur, post macerationem in aqua tepida, ex vesica, oleum ab aqua separando.

OLEUM CERÆ

Disp. Brand. pag. 120.

arenæ puræ cribratæ libras fex.

Misce lege artis & globulos inde forma,
quos retortæ vitreæ immissosin arenam
colloca, igne moderato destilla, stillatum calci vivæ mixtum rectifica, ut artis est, & serva in vitro idoneo, si recte
operatus sueris, uncias viginti rectificati
olei habebis.

OLEUM CHAMOMILLÆ.

y. Florum chamomillæ utriuslibet in umbra ficcatorum quantum placet.

Macera in aqua, destilla ex vesica & oleum separa.

Sic parantur ex floribus:

Oleum lavendula, spica verum.

OLEVM CORNU CERVI.

y. Cornuum cervi frustulatim concisorum quantum placet. Impone retortæ lutatæ, aut cucurbitæ O.

ferreæ, alembico terreo vitreato munitæ, ac igne aperto gradatim ad ignitionem usque retortæ, aut cucurbitæ, administrato, omnes cum phlegmate, sale volatili, ac oleo spiritus evoca, quæ omnia rectificando cucurbita vitrea loricata, & alembico vitreo accommodo instructa, juncturis optime lutatis, successive separa, & seorsim serva.

Oleum fuliginis.

Prodit cum spiritu destillato, ab eo separandum & rectificandum.

OLEVM GALBANVM.

Ry. Gummi galbani felecti libram unam, filicum calcinatorum libram unam

Destillentur in arena per retortam vitream, & prodibit liquor albus cum oleo, postea rectificentur.

Nota: ex gummatibus etiam sequentia olea destillata in usum trahenda, eodem modo parantur:

Oleum ammoniaci,
mastiches,
myrrha,
petra album,
nigrum,
rubrum.

Nativum hoc oleum partim ex Sumatra, partim ex Italia, è rupibus scaturiens, ad nos allatum rectificando, pro regimine ignis, diverso colore prodit.

OLEVM PHILOSOPHO-RVM.

Pharm. Aug. Ren. pag. 294.

Lateres in pulverem contusi, & calefacti misceantur cum olei olivarum clari sufficienti quantitate, sive quantum imbibere possunt, postea ex retorta, igne aperto, & per gradus adhibito, secundum artem destillentur, oleumque prolectum super cineres rectificetur.

S

OLEUM

O.

OLEVM SAPONIS.

Pharm. Aug. Ren. pag. 294.

». Rafuræ faponis Veneti libram unam, arenæ mundæ libras tres.

Mixta ex retorta, igne arenæ, destillentur in oleum, quod cum cineribus rectificetur.

OLEVM SATVRNI.

Pharm. Aug. Ren. pag. 295.

Sal saturni crystallinum tere, & in phiola, affuso spiritu terebinthinæ, in arena digere, tincturamque extrahe, ut è floribus sulphuris fieri solet; quam ex retorta igne aperto destilla, primo lento igne, quoad spiritus terebinthinæ exierit; deinde mutato recipiente, paulatim auge ignem, quoad totum oleum exierit.

OLEVM SVCCINI.

Pharm. Aug. Ren. pag. 293.

R. Succini crasse contust libras tres. Fiat ex retorta capaci, igne arenæ gradatim adhibito, destillatio, vas recipiens cum aqua calida, ut sal volatile in eo solvatur, eluatur, quæ per chartam emporeticam, prius aqua madesactam, ab oleo separetur, & post sactam ejus exhalationem sal colligatur, oleum vero cum duabus partibus cinerum mixtum, ex retorta, lento igne, rectificetur, oleum limpidum primo exstillans seorsim asservando, alterum vero subsequens coloratius aliis usibus destinando.

OLEVM TEREBINTHINÆ

Pharm. Aug. Ren. pag. 295.

Ry. Terebinthinæ pellucidæ quantum

Destilletur lento igne ex vesica, cucurbita, vel per retortam, & prodibit, prærer phlegma acidulum, primo oleum album, quod spiritus nomine vulgo donatur, postea slavum, ultimo rubrum, quod sortiori igne erit extrahendum; hæc olea separata reserva, rubrum in arena potest rectificari.

O.

Oleum vitrioli redificatum.

Per destillationem spiritus vitrioli continuatam, ultima tandem ignis tortura elicitur non tam oleum, quam spiritus acerrimus concentratus & subtilissimus Colcotharis particulis imprægnatus, qui rectificari potest per retortam.

Opium Thebaicum crudum, depuratum, Opobalsamum liquidum ve-rum,

Ossa de corde cervi,
microcosmi,
sepiæ,
Ova struthionis.

OXYMEL SQVILLITICVM SIMPLEX.

E mellis despumati libris tribus ac aceti squillitici libris duabus, secundum artem, coquitur.

P

Passulæ majores, minores.

PASTILLI AD FOR-NACEM,

Pharm. Aug. Ren. pag. 242.

y. Gummi benzoës electi, ftoracisCalamiræ ana unc. quatuor, ladani unciam unam, olci destillati cinnamomi guttas decem,

ligni rhodii guttas viginti, balfami Peruviani quantum fatis, mofchi grana quindecim. Fiat lege artis malfa, formenturque inftar

star ceræ Hispanicæ pastilli, fornaci affricandi.

Pilæ marinæ.

PILULARUM SELECTUS.

PILULÆ AMMONIACÆ QUERCETANI.

Pharm. Aug. Ren. pag. 71.

Balfami aloetici uncias quatuor, gummi ammoniaci puri in aceto fquillitico diffoluti drachmas fex,

myrrhæ electæ unciam femis,
fpecierum diatrion Santalôn,
mastiches, drachmas duas,
croci,
falis fraxini,

absinchii ana scrupulos duos, cum sirupo de stocchade fiat pilularum massa.

PILULÆ ANGELICÆ.

Pharm. Aug. Ren. pag. 72.

R. Aloës focotrinæ libram unam,
quam diffolve in

fuceorum depuratorum cichorii,
endiviæ,
buglossi,
borraginis,
lupulorum,
fumariæ ana
unciis quatuor,
rosarumDamascenarum libra

Lento igne ad justam consistentiam deducantur, ut cum sequenti pulvere:
rhabarbari electi uncia una,
agarici trochiscati uncia semis,
cinnamomi electi drachmis duaFiat massa pilularis. (bus.

PILULÆ COCHIÆ RHASIS.

Pharm. Aug. Ren. pag. 78.

Specierum hieræpicræRhasis drachmas decem,

P.

pulpæ colocynthidos drachmas tres,
fcrupulum unum,
diagrydii drachmas duas femis,
ftæchadis,
turbith, ana drachmas quinque,
firupi de ftæchade quantum fatis,
fiat massa.

PILULÆ DE CYNO-GLOSSO.

Disp. Brand. pag. 131, 132.

14. Radicum siccarum cynoglossi, feminis hyoscyami albi, opii depurati, ana unciam semis, myrrhæ drachmas sex, thuris drachmas quinque, styracis Calamitæ, caryophyllorum, cinnamomi ana drachmas duas.

Cum succi de cynoglosso & sirupi violarum anatica quantitate, exarte, fiat pilularum massa.

PILULÆ FOETIDÆ MA-JORES.

Pharm. Aug. Ren. pag. 80.

Ry. Sagapeni, ammoniaci, and inclosing more opopanacis, of moralis oqual mus bdellii, colocynthidos, feminis rutæ hortenfis, aloës, epithymi, ana drachmas quinque, hermodactylorum, efulæ præparatæ ana drachmas duas. scammonii præparati drachmas tres. cinnamomi, spicæ Indicæ, croci, castorei ana drachmam unam. turbith drachmas quatuor, zingiberis drachmam unam femis, euphorbii scrupulos duos, fucci porri depurati quantum fatis,

fiar massa: gummata in porti succo calesacto solvantur, quibus deinde euphorbium, per se tritum, una cum ceteris addatur, ut in pastam abeant.

,

PILU-

PILULÆ EMANUELIS.

Pharm. Aug. Ren. pag. 73.

Aloës focotrinæ unciam unam, myrrhæ electæ fcrupulum unum, croci orientalis fcrupulum femis. Cum mithridatio Damocratis fiat massa.

PILULÆ HIERÆ CUM AGARICO.

Pharm. Aug. Ren. pag. 81.

By. Specierum hieræ picræ Galeni, agarici trochifcati ana unciam femis, aloës unciam unam, mellis rofati quantum fatis.
Fiat massa.

PILULÆ HYDROPICÆ BONTII.

Pharm. Argent. pag. 129.

Aloes optimæ drachmas duas semis, gummi guttæ subtiliter pulverisati & cum vino dissoluti & lævigati drachmam unam semis.

diagrydii eodem modo parati drachmam unam, gummi ammoniaci drachmam unam, gummi ammoniaci drachmam unam semis tartari vitriolati drachmam semis.

Cum sirupo rosarum solutivo siat massa.

PILULÆ PESTILENTIALES RUFFI

Difp. Brand. pag. 134.

gummiammoniaci depurati ana unciam unam, myrrhæ felectæ unciam femis. Paretur cum fucco citri massa.

PILULÆ POLYCHRESTÆ BALSAMICÆ.

k. Extracti aloes violatæ, hellebori nigri ana unciam unam, abfinthii,

PULUS

carduibenedicti, fumariæ ana drachmas duas, P.

chaquerillæ gryfeæ ana fcrupulos quatuor. myrrhæ electæ depuratæ drachmam unam femis,

gummi hederæ, juniperi ana drachmam unam,

florum fulphuris ana ferupulos duos,

tartari vitriolati drachmas tres. terebinthinæ optimæ quantum fatis, ad massam, pro formandis pilulis, idoneam.

PILVLÆ SOLARES WIL-DEGANSIL

Disp. Brand. pag. 138.

fimplici aut pluvia foluti, colati, ac ad justam confistentiam rursus infpissati & siccati unciam unam, aloes socotrina, myrrhærubræ, croci optimi, trochiscorum de vipera ana drachmam unam, fulphuris antimonii aurati, cinnabaris nativæ optime præpara-

tæ drachmam unam femis, auri fulminantis drachmam unam. Mifce fiant lege artis pilulæ ciceris magnitudine.

PILVLÆ DE STYRACE.

Difp. Brand. pag. 136.

y. Styracis Calamitæ drachmas duas, fucci glycyrrhizæ depurati drachmam unam femis,

ladani,
myrrhæ,
olibani optimi,
opii aqua destillata depurati & inspissati,

extracti croci ana drachmam unam. Cum firupi papaveris albi, quantum sufficit, fiat lege artis massa.

muss decem

LAND STATE OF THE PROPER PROPERTY OF THE PROPE

PILVLÆ DE SVCCINO CRATONIS.

Pharm. Aug. Ren. pag. 74.

Pulveris fuccini præparati,
mastiches ana drachmas
duas,
aloës socotrinæ drachmas
quinque,
agarici trochiscati drachmam unam
semis,
aristolochiæ rotundæ veræ drachmam semis.
Cum sirupo de betonica formentur pi-

PILVLÆ TARTAREÆ SCHROEDERI.

lulæ.

Disp. Brand. pag. 137.

nutritæ unciam unam,
gummi ammoniaci in granis, aut
faltem depurati drahmas tres,
vitriolimartis rite parati, & una alterave folutione & crystallisatione
depurati,
essentiæ croci orientalis ana drachmam unam,
terræ foliatæ tartari drachmas duas,
extracti radicum gentianæ drachmam unam semis.
Cum tartari tinctura paretur massa.

PILVLÆ DE TEREBIN-THINA.

Difp. Brand. pag. 137.

tiam cum aqua rofarum cocta,
unciam unam,
rhabarbari electi drachmam unam,
fuccini præparati,
mastiches electa,
olibani ana drachmam semis,
boli Armenæ drachmam unam.
Cum sufficienti quantitate terebinthinæ
Venetæ siat pilularum massa.

P.

PINGUEDINUM SIVE AXUN-GIARUM SELECTUS.

Pinguedo anatis, anseris, ardea, asciæ piscis, canis, caponis, castorei, cati stvestris, hominis, leporis, lucii piscis, lupi, muris montani, porci, taxi, ur li, vulpis, viperarum Halicarum.

Piper album,
Indicum,
longum,
nigrum.
Pix navalis,
Placenta rofarum,

funt.

in destillatione aquæ ejusdem per defcensum, placentæ simul obtineri pos-

PLVMBVM VSTVM.

Pharm. Aug. Ren. pag. 254.

Plumbum cum fulphure, (ut in æris ustione fupra monitum) facto strato super stratum, uritur, post ustionem sæpius

T ablui-

abluitur & reficcatur. Commodius alias plumbum cum fole calcinatur, liquato enim plumbo, fenfim fal commune infergitur, & spatula continuo agitatur, donec plumbum in pulverem abeat, qui beneficio aquæ simplicis à fale liberatus colorem cineritium acquirit, prout etiam plumbum liquesactum, & spatula ferrea agitatum, sine alterius rei additione, in pulverem abire solet.

POMUM AMBRÆ.

Pharm. Aug. Ren. pag. 149.

by. Styracis calamiræ, liquidæ,

benzoës, galliæ moschatæ veræ. aliptæ moschatæ, ladani ana unciam femis. cinnamomi electi, caryophyllorum, fantali citrini ana drachmas duas, rofarum rubrarum, nucis moschata, macis, lignialoës, cyperi rotundi. majoranæ, gummi elemi, rorismarini, Ireos Illyricæ ana ferupulos duos, grana quinque,

mucilaginis tragacanthi.

Cum aqua rosarum, quantum sufficit,
siat massa.

Priapus cervi,
ceti,
Pruna Damascena,
Pulmones vulpis exsiccati.

Pulverum Compositorum Selectus. PULVIS CONTRA ABORTUM.

Pharm. Aug. Ren. pag. 96.

Ry. Granorum chermes drachmam unam.

P

fantali rubri drachmam femis, caryophyllorum ferupulum unum, nucis mofehatæ ferupulos duos, radicis tormentillæ drachmam

femis,

margaritarum præparatarum, corallii utriusque præparati ana fcru. pulum unum,

foliorum auri numero tria, facchari perlati drachmas tres. Fiat pulvis.

PULVIS ABSORBENS WE-DELII.

Opiol. ejusdem pag. 114.

R. Vitrioli martis grana fex,
concharum præparatarum,
lapidum cancrorum præparatorum,
coralliorum,
antimonii diaphoretici,
cinnabaris nativæ, ana ferupulum
femis,

laudani opiati granum unum, olei caryophyllorum guttam unam. Misce, siat pulvis, pro arbitrio, ingredientium dosi multiplicandus.

PULVIS ANALEPTICUS.

Pharm. Aug. Ren. pag. 97.

Ry. Specierum cordialium temperatarum incompletarum drachmas

de gemmis frigid. drachmam unam.

ambræ gryfeæ scrupulum unum, spiritus rosarum guttas sexaginta, foliorum auri numero duodecim, argenti numero tria, rotul, manus Christi simplic, uncias

Misce, fiat pulvis.

PULVIS ANODYNUS CON-FORTANS.

Disp. Brand. pag. 139.

Ry. Coralliorum rubrorum præparatorum,
torum,
matris perlarum præparatæ ana unciam semis,

cinna-

P

cinnabaris nativæ præparatæ Tranfylvanicæ drachmam unam,
extracti opii drachmas duas,
croci drachmam unam,
fantali rubri fubtilissimæ scobis,
fanguinis draconis finissimi præparati, ana drachmam semis,
Misce, fiat omnium pulvis subtilissimus.

PULVIS ANTISPASMO-DICUS.

82. Nitri crystallisati purissimi unciam unam, tartari vitriolati amari drachmas sex, cinnabaris antimonii drachmas duas.

Misce, fiar pulvis.

PULVIS APOPLECTICUS, COMPLETUS.

Disp. Brand.pag. 140.

Radicum doronici veri unciam unam,
pœoniæ, justo tempore
collectarum, drachmas
duas,

feminis anifi, coriandri, cubebarum ana drachmas duas,

cardamomi minoris, ligni aloës ponderofi, ana drachmas

nucis myristicæ, fuccini albi electi ana unciam semis, caryophyllorum drachmam unam semis,

ambræ gryfeæ, cum feminis citri decorticati ana ferupulo uno fubactæ,

facchari perlati unciam unam femis. Mifce, fiat pulvis fubriliffimus, irrorandus olei destillati cinnamomi guttis decem.

Nota: incompletus iisdem omnibus, ambra fola excepta, ingredientibus constat. P.

PULVIS AUREUS CEL-LENSIS.

R. Sacchari optimi unciam femis, cinnabaris nativæ Hungaricæ drachmam unam, olei cinnamomi, guttas duodecim, aut plures.

Fiat pulvis.

Nota: crocus folis vel addi vel omitti poterit, pro cujuscunque desiderio.

PULVIS BEZOARDICUS COMMUNIS.

Disp. Brand. pag. 141.

12. Radicum angelicæ,
gentianæ,
petasitidis,
zedoariæ ana drachmam
semis,

dictamni albi, tormentillæ,

boli Armenæ,
terræ figillatæ Strigenfis ana drachmas fex,
coralliorum rubrorum præparatorum,

cornu cervi usti & præparati, corticum citri extimorum, rasuræ eboris subtilissimæ, succini albi præparati ana drachmam semis.

Misce, fiat omnium pulvis subtilissimus.

PULVIS BEZOARDICUS SENNERTI.

R. Cornu cervi usti & præparati drachmam unam semis, coralliorum rubrorum præparatorum,

lapidis bezoar orientalis,
matris perlarum præparatæ,
oculorum cancri præparatorum,
fuccini præparati,
terræ figillatæ præparatæ ana fcrupulum unum,
offis de corde cervi præparati,

hyacinthorum præparatarum, T 2 rubini

rubini præparati,
fapphiri præparatæ,
fmaragdorum præparatorum ana
fcrupulum femis,
foliorum auri, numero tria.
Misce, fiat omnium pulvis subtilissimus.

PULVIS BEZOARDICUS MAJOR WEDELII.

ti uncias duas,
radicis contrayervæ,
antimonii diaphoretici,
terræ Lemniæ,
unicornu fossilis,
coralliorum rubrorum ana unciam

fuccini albi drachmas tres, lapidis bezoardici occidentalis unciam femis,

olei citri ferupulum femis. Mifce, fiat pulvis.

PULVIS CACHECTICUS QUERCETANI.

Pharm. Aug. Ren. pag. 98.

E. Limaturæ chalybis cum fulphure calcinatæ unciam unam, feculæ radicum ari, coralliorum præparatorum, matris perlarum præparatæ ana drachmas duas, cornu cervi philofophice præparati, fuccini præparati, cinnamomi ana ferupulos quatuor, facchari ad pondus omnium.

Misce, fiat pulvis.

PULVIS CONTRA CASUM.

Pharm. Aug. Ren. pag. 98.

g. Terræ figillatæ,
fanguinis draconis,
mumiæ ana drachmas duas,
fpermatis ceti drachmam unam,
rhabarbari drachmam femis.
Mifce, fiat pulvis.

P

PULVIS CEPHALICUS MICHAELIS.

Pharm. Aug. Ren. pag. 99.

Ry. Cinnabaris nativæ electæ & præparatæ uncias tres, radicum pæoniæ unciam unam femis, finaragdi præparati drachmas duas, ungulæ alcis præparatæ drachmam unam, cranii humani præparati, coralliorum rubrorum præparatorum, cornu cervi spagirice præparati ana fcrupulos duos, unicornu marini, margaritarum præparatarum, succini præparati ana succini

Misce, fiat pulvis.

PULVIS è CHELIS CAN-CRORUM COMPO-SITUS.

Pharm. Lond. pag. 203.

184. Matris perlarum præparatæ, oculorum cancri, coralliorum rubrorum, fuccini albiffimi, cornu cervi ana unciam femis, pulveris ex apicibus nigris chelarum cancrorum ad pondus omnium.

Mifce, fiat pulvis.

Nota: lapis bezoardicus Orientalis confulto omiffus, fi expetatur, admifceri poterit.

PULVIS CORDIALIS TEM-PERATUS.

Pharm. Aug. Ren. pag. 116.

K. Ligni aloës, fpodii ex ebore ana drachmam unam,

cinnamomi, caryophyllorum, offis de corde cervi, doronici,

been

been utriusque ana drachmam unam femis, margaritarum drachmas fex, serici crudi tosti. coralliorum rubrorum, alborum ana drachmas

duas,

hyacinthi, and mongil-silled fmaragdi, fapphiri, ana drachmam semis, croci fcrupulum unum, foliorum auri, mariony day (1)

argenti ana numero decem.

Mifce, fiat pulvis.

Nota: ficompletus defideratur, ambra & moschus pro re nata addi poffunt TANNA

PULVIS CORNACHINUS, SEU COMITIS DE WARWICH.

Pharm. Aug. Ren. pag. 95.

By. Cholagogi fimplicis uncias duas, drachmas duas, antimonii diaphoretici unciam unam femis, eremoris tartari crystallini unciam femis,

Fiat pulvis.

PULVIS DENTIFRICIUS.

Pharm. Aug. Ren. pag. 99.

Pumicis uncias duas, offis fepiæ drachmas fex, corallii rubri præparati drachmam

radicis Ireos unciam unam, moschi, zibethi ana scrupulum semis, olei ligni rhodii,

nucis moschatæ destillati ana guttas quatuor,

caryophyllorum guttas tres. Misce, fiat pulvis.

PULVIS DIAMBRÆ

Pharm. Aug. Ren. pag. 116.

Ry. Cinnamomi, doronici, Miffor, fur pulvis. caryophyllorum, macis, MAMA nucis moscharæ, galangæ ana drachmas tres, fpicæ Indicæ, 10 anutaning tall as cardamomi majoris, m imbarya

minoris ana drachmam manures and drachmas quatuor,

zingiberis drachmam unam femis, ligni aloës, fantali citrini,

piperis longi ana drachmas duas, fiat pulvis, quem completum reddimus addendo:

> ambræ drachmam unam, moschi drachmam semis.

PULVIS DIACRETÆ MYNSICHTI.

Armament, pag. 114.

By. Cretæ albæ cum aqua rofarum paratæ drachmas tres, nucis moschatæ drachmam unam femis,

radicis glycyrrhizæ, feminis cydoniorum ana drachmam unam,

boli rubræ orientalis præparatæ, coralliorum rubrorum præparatorum ana drachmam femis,

lapidis carpionis cum aqua plantaginis præparati,

macis parum tosti, mastiches electæ, croci orientalis ana scrupulum namineth as advunum,

facchari albiffimi uncias tres. Misce, fiat pulvis subtilissimus.

PULVIS DIAIREOS SIM-PLICIS.

Pharm. Aug. Ren. pag. 118. R. Ireos Florentinæ unciam femis, facchari canti albi, fpecie-

PULVIS . PIAMBR. H.

fpecierum diatragacanthi frigidi, ana drachmas duas. Misce, fiat pulvis.

PULVIS DIAMARGARITI CALIDI.

Pharm. Aug. Ren. pag. 131.

Margaritarum orientalium,
pyrethri ana drachmam unam,
zingiberis,
mastiches ana drachmas quatuor,
doronici,
zedoariæ,
seminis apii,
cardamomi utriusque,
nucis moschatæ,
macis,
been utriusque,
piperis nigri,

longi ana drachmas tres, cinnamomi drachmas quinque. Misce, fiat pulvis.

PULVIS DIAMARGARITI FRIGIDI.

Pharm. Aug. Ren. pag. 119.

y. Seminum quatuor frigidorum majorum excorticatorum, portulacæ, papaveris albi,

rofarum rubrarum, florum nymphææ albæ, borraginis,

baccarum myrti,

citrini,

ligni aloës ana drachmam unam, corallii albi,

rubri ana drachmam femis, margaritarum orientalium drachmas tres.

Misce, fiat pulvis.

PULVIS DIANISU.

Pharm. Aug. Ren. pag. 124.

Ry. Seminis anifi uncias duas femis, glycyrrhizæ rafæ, mastiches ana unciam unam,

P.

feminis carvi, fœniculi, galangæ, zingiberis, and a manual model cinnamomi ana drachmas quinque, trium piperum, cassia lignea vera, pyrethri, calaminthæ ana drachmas duas, cardamomi, caryophyllorum, cubebarum, fpicæ Indicæ, croci ana drachmam unam femis. Misce, fiat pulvis.

PULVIS DIARRHODON ABBATIS.

Difp. Brandeb. pag. 166.

Re. Afari,
cardamomi,
caryophyllorum,
cinnamomi,
croci,
ligni aloës,
maftiches,
rhabarbari elefti,
feminum anifi.

bafilici, berberum, fœniculi, intybi, lactucæ, papaveris albi, portulacæ,

quatuor frigidorum majorum decorricatorum,

fpicæ Indicæ, fucci glycyrrhizæ ana fcrupulum

margaritarum,
offis de corde cervi ana ferupulum
femis,

gummi Arabici, tragacanthi, rafuræ eboris fubtiliffimæ ana ferupulos duos,

fantali albi, rubri ana drachmas duas femis.

rofa-

rofarum rubrarum,

facchari Candi albi ana uncias duas. Misce, fiat pulvis, additamento proportionato sequentium, si opus, complendus, utpore alias ad integram descriptionem addi solitorum:

galliæ moschatæscrupulo uno, camphorægranis septem, moschi granis quatuor.

Nota: qui pulverem hunc viliorem defiderat, margaritis matrem perlarum substituere poterit.

PULVIS DIATRAGACAN-THI FRIGIDI.

Difp. Brand. pag. 167.

glycyrrhizæ,
feminum quatuor frigidorum ma-

jorum decorticatorum drachmas duas,

papaveris albi drachmas tres, gummi Arabici drachmas decem, tragacanthi uncias duas, facchari penidii uncias tres. Misce, fiat lege artis pulvis.

PULVIS DIATRION SANTALON.

Pharm. Aug. Ren. pag. 120.

y. Trium fantalorum ana drachmas duas, fcrupulos duos,

rhabarbari,
fpodii ex ebore,
fucci glycyrrhizæ,
feminis portulacæ ana drachmas

amyli, gummi Arabici, tragacanthi, feminum quatuor frigidorum ma-

jorum, intybi ana fcrupulos quatuor,

violarum unciam femis, rofarum uncias tres, drachmas tres. Mifce, cui camphora arridet, illam admifcere poterit.

P.

PULVIS EPILEPTICUS MARCHIONIS.

Pharm. Aug. Ren. pag. 100.

Radieum pœoniæ maris, de crescente luna effossarum, unciam semis, visci querni,

rafuræ eboris, ungulæ alcis,

fpodii, cornu cervi ex apicibus defumti,

coralliorum rubrorum,

margaritarum præparatarum ana drachmam unam,

foliorum auri puri numero viginti. Fiat pulvis.

PULVIS EPILEPTICUS NIGER.

R. Nucis moschatæ drachmam uham semis, cinerum talparum drachmas duas, talorum leporis numero tres, pulveris cardui benedicti scrupulos quatuor,

ungulæ alcis, fuccini albi, visci querni ana scrupulos duos semis,

margaritarum præparatarum drach-

cornu cervi usti drachmam semis, unicornu marini scrupulum unum, cranii humani drachmas tres, seminis pœoniæ drachmam unam

facchari Canariensis uncias duas, foliorum auri numero duo, carbonum tiliæ quantum satis ad colorem nigrum pulveri conciliandum.

Fiat pulvis.

PULVIS ERYSIPELATO-DES MYNSICHTI.

Mynf. Armam. pag. 136.

w. Farinæ volatilis uncias fex,

plumbi

P

plumbi usti,
boli rubræ ana uncias duas,
mastiches electæ,
olibani,
cerussæ ana unciam unam.
Misce, siat pulvis omnium subcilissimus.

PULVIS DE GEMMIS FRI-GIDUS.

Pharm, Aug. Ren. pag. 117.

M. Margaritarum præparatarum drachmas tres,

fpodii ex ebore,
rafuræ eboris,
corallii utriusque ana drachmas
duas,
florum rofarum rubrarum drach-

mam unam femis,

hyacinthi,
finaragdi,
fapphiri,
fardæ,
granati,
fantali albi,
rubri,

florum borraginis, bugloffi,

feminis acetofæ, bafilici,

been utriusque ana drachmam unam,

ossis de corde cervi drachmam

foliorum auri,

argenti ana numero quin-

Misce, fiat pulvis,

PULVIS HALY CONTRA PHTHISIN.

Pharm. Aug. Ren. pag. 97.

Ry. Seminis papaveris albi, drachmas duas,

portulacæ, cydoniorum, malvæ, bombacis ana drachmam unam femis, P

quatuor frigidorum majorum excorticatorum ana drachmam unam,

gummi Arabici, application of tragacanthi, amyli ana drachmas duas, hypociftidis, boli Armenæ præparatæ, cornu cervi ufti, menæ managanta de la cornu cervi ufti.

rafuræ eboris, cicerum rubrorum ana drachmam

facchari penidii unciam unam femis, Canarienfis uncias fex.

Misce, fiat pulvis.

PULVIS HEPATICUS RUBER.

Pharm. Aug. Ren. pag. 316.

By. Crystallorum tartari subtilissime tritarum uncias sex,

falis acetofellæ drachmas duas, tingantur, imbuendo cum fufficienti quantitate tincturæ fantali rubri, spiritu vini, cum vitrioli spiritu acidulato, extractæ, iterumpue exsiccentur.

PULVIS DE HYACINTHO.

Disp. Brand. pag. 169.

R. Boli Armenæ, coralliorum rubrorum præparato-

hyacinthorum præparatarum, terræ Lemniæ veræ aut Strigensis, faltim sigillatæ, ana drachmam unam semis,

radicum dictamni albi, tormentillæ, feminis acetofæ, citri decorticati,

portulacæ,
cornu cervi præparati,
eboris rafuræ præparatæ,
offis de corde cervi præparati,
croci optimi,
myrrhæ felectæ,
rofarum rubrarum,

Camera

fantalorum omnium ana scrupulos quatuor, margaritarum præparatarum, fmaragdorum præparatorum ana drachmam unam. Mifce, fiat pulvis.

PULVIS NEPHRITICUS.

Difp. Brand. pag. 142. B. Seminis faxifragia alba unciam uanethi, (nam, anifi, cardamomi minoris excor-

fœniculi, milii folis, petrofelini, raphani,

macis ana unciam femis, acinorum cynosbati, halicacabi,

lapidum percarum præparatorum, porcorum è ventriculis, mandibularum lucii piscis præpara-

oculorum cancrorum præparatorum ana unciam unam. Misce, fiat omnium pulvis subtilissimus.

PULVIS PANNONICUS RUBER.

Pharm. Aug. Ren. pag. 107. B. Boli Armenæ Orientalis præparatæ uncias duas, terræ figillatæ veræ uncias fex, hyacinthi, melanda due melanya fapphiri, finaragdi ana præparatorum unciam unam, margaritarum præparatarum drachmas decem, . fpodii præparati, rafuræ eboris ana drachmas quincoralliorum rubrorum præparatorum drachmas octo,

> alborum præparatorum unciam unam femis,

radicis tormentilla, dictamniana uncias quatuor, cornu cervi philofophice praparati drachmas fex, fantali albi drachmam unam, radicis doronici drachmas fex,

feminis acerosæ drachmas duas, corticum citri drachmam unam femis,

camphoræ drachmas duas. Pulverisentur fingula per se & misceantur, addendo foliorum auri numero quinquaginta, fiat pulvis.

PULVIS PARTURIEN. TIUM gel muroles

Disp. Brandenb. pag. 149.

ry. Cassia lignea vera, o minimate cinnamomi acutiflimi ana drachattenu metorberb mas duas,

borracis Veneta, and and a fuccini albi præparati ana drachmam unam femis,

croci Orientalis optimi drachmam m mirital man mun femis.)

Mifce, fiat omnium pulvis subtilissimus, irrorandus olei destillati cinnamomi guttis tribus.

PVLVIS PECTORALIS BAL-SAMICVS WEDELIL

Amænit, Mat. Med. pag. 142.

B. Radicis glycyrrhizæ unciam unam, ireos Florentinæ drachmas duas,

flores fulphuris unciam femis, benzoës scrupulum unum, facchari canti albi uncias duas, olei destillati anifi,

foniculi ana guttas de-

Misce, fiat pulvis.

PVLVIS PECTORALIS RE-SOLVENS WEDELIL

ibid.

Radicis ari, ireos Florentina,

anti-

antimonii diaphoretici, florum fulphuris, cinnabaris nativæ, lapidum cancrorum ana drachmam

Misce, fiat pulvis, miscendus cum anodynis & aliis.

PVLVIS PLEURITICUS.

Pharm. Aug. Ren. pag. 101.

Mandibularum lucii pifcis præparacarum, dentis apri usti præparati ana drachmas duas, lapidum percarum, talorum leporis, oculorum cancri præparatorum, lucii piscis præparatorum,

> feminum cardui benedicti. artemifiæ rubræ ana drachmam unam.

Misce, fiat pulvis.

PULVIS PRÆCIPITANS.

Disp. Brand. pag. 150.

B. Concharum marinarum præparataromund rum,

matris perlarum præparatæ, cornu cervi præparati, oculorum cancri præparatorum ana unciam femis.

antimonii diaphoretici drachmam unam,

cinnabaris nativæ præparatæ drachmam femis.

Misce, fiat pulvis subtilissimus.

PULVIS SABAUDICUS.

Pharm. Aug. Ren. pag. 101.

Cinnamomi electi drachmas tres, caryophyllorum drachmas duas, mastiches electa, myrrhæ electæ, radicum tormentillæ ana drachmam unam, 1

> zedoariæ, anthoræ, contrayervæ, icorzonera,

coralliorum rubrorum præparatorum,

margaritarum præparatarum. fapphiri præparatæ, rubini præparati, fmaragdi præparati, hyacinthi præparati, lapidis bezoar Orientalis, unicornu veri ana drachmas duas, boli Armenæ præparatæ, terræ figillatæ veræ ana drachmam

corticum citri unciam femis, foliorum auri numero decem, antimonii diaphoretici ad pondus omnium.

Fiat omnium pulvis subtilissimus.

PVLVIS SOLVTIVUS TAR-TARISATUS ZWOEL-FFRI.

Corp. Pharm. Chim. Jungk. pag. 843. R. Tartari vitriolati crystallisati unciam

cremoris tartari unciam femis, magisterii gialappæ amygdalis probe subacti scrupulos quaruor, pulveris radicis gialappæ unciam fe-

macis drachmam unam. Mifce, fiat pulvis fubriliffimus.

PULVIS STERNUTA-TORIUS.

Pharm. Aug. Ren. pag. 102. By. Majoranæ drachmam unam femis, betonicæ, pyrethri ana drachmam femis, hellebori utriusque ana drachmam unam,

pulegii scrupulum unum. Fiat pulvis.

PULVIS STERNUTATORI-US CUM MOSCHO & AMBRA.

Difp. Brand. pag. 151. R. Foliorum nicotianæ Virginianæ unciam unam,

flo-

P

florum liliorum convallium ficcatorum drachmas duas, ambræ gryfeæ,

moschi Alexandrini ana grana sex, olei ligni Rhodii guttas quinque. Misce, siat pulvis.

PULVIS STOMACHICUS BIRCKMANNI.

Pharm. Aug. Ren. pag. 102.

By. Pulveris radicum ari præparatarum uncias duas, acori vulgaris, pimpinellæ ana unci-

oculorum cancri unciam femis, cinnamomi drachmas tres, falis abfinthii,

juniperi ana drachmam unam, facchari rofati ad pondus omnium. Conficiatur pulvis, guftui gratus.

PULVIS STOMACHICUS POTERII.

Pharm, Aug. Ren. pag. 320.

18. Apicum clavorum equinorum libram femis,

antimonii electi libram unam, mixta per vices indantur crucibulo ignito, &, postquam igne aucto fluere inceperint, nitri pulverisati uncia sex pedetentim injiciantur, factaque detonatione, in conum susorium calesactum & sevo illitum effundantur, tum

Reguli hujus à feoriis mundati e.gr. uncias octo,

nitri depurati libras duas, bene invicem mixta & contrita, uti antimonium diaphoreticum, calcinentur, edulcorentur, & ficcentur.

PULVIS AD STRUMAS.

Pharm. Aug. Ren. pag. 103.

By. Spongiæ combustæ,
pilæ marinæ tostæ,
ossis sepiæ,
piperis longi,
nigri,

P.

-no falis gemmæ, allimud sitta -no pyrethri, la manilim man sun gallarum, sat avot non ob

lapidis spongie ana unciam unam.
Pulverisentur & misceantur panino off

PULVIS STYPTICUS RU-

gacantha, vel in

Jungk. corp. Pharm. pag. \$18.

Radicis tormentillæ,

biftoræ,

fanguinis draconis,

fanguinis draconis, lapidis hæmatitis, coralliorum rubrorum præparatorum,

boli Armenæ,
gummi tragacanthi,
granorum actes,
pulveris bezoardici ana unciam unam,

nucis moschatæ unciam semis. Misce, siat pulvis.

PULVIS SYMPATHETICUS.

Pharm. Argent. pag. 143.

y. Vitrioli Veneris Romani aut Cyprii quantum vis, dissolve in aqua simplici, filtra per chartam bibulam, evapora super lento igne & coagula, contunde grosso modo, & ferventioribus solis radiis expone per quatuordecim dies, & ultra, usque dum accuratissime fuerit calcinatum.

Nota 1. Cum aër ferenus est, soli est exponendum, & ubi pluviosus & humidus, in locum siccum transferendum vitriolum.

Nota 2. Ne marte attingatur, neque quando fit, neque cum factus est pulvis.

Nota 3. Hic labor inftituendus est die vigesimo quinto Julii sole in leonem ingrediente, & præstat quatuor vel quinque dies & noctes expectare, ut certiores simus de ipsius confirmatione in propria domo.

No-

Nota 4. Hic pulvis usui affervandus est in loco sicco, ne excrementitia humiditate recuperata formam pristinam assequatur, unde non levis sequeretur ipsius virtutis diminutio.

Pro cujusque lubitu misceri poterit tragacantha, vel in quantitate æquali, vel decimam solummodo partem sumendo; sunt, qui miscent usneam cranii humani.

PULVIS CONTRA VERMES.

Pharm. Argent. pag. 144.

2. Seminis cynæ uncias duas, foliorum fennæ fine stipitibus unciam unam, ciam unam, coriandri præparati, cornu cervi usti, musci corallini ana unciam semis.

Misce, siat pulvis.

PULVIS VITÆ CÆSARIS.

y. Radicum zedoariæ.

enulæ,

calami aromatici,

pimpinellæ,

galangæ,

caryophyllatæ,

liquiritiæ ana drachmas

duas,

herbarum scolopendrii,
veronicæ,
cardui benedicti,
florum centaurii minoris ana drachmam unam,
foliorum sennæ electorum unciam
unam semis,

feminis anifi,
fœniculi,
carvi,
petrofelini ana drachmam

unam femis, baccarum juniperi drachmas tres, zingiberis, cinnamomi ana drachmam unam, cubebarum, cardamomi ana ferupulos quaruor, P.

macis,
cornu cervi usti ana drachmas duas,
rhapontici veri unciam semis,
rhabarbari electi drachmam unam
semis,
cremoris tartari drachmas tres,
sacchari canti albi uncias quatuor
femis,

Misce, fiat pulvis.

Pulverum simplicium Selectus.

Pulvis alchimille,
aloës focotrine,
althee,
ammoniaci gummi,
angelice,
anifi,
Arabici gummi,
ari,
aurantiorum cor-

baccarum lauri,
bdellii,
bryoniæ,
calami aromatici.
calaminaris lapidis,
cantharidum,
cardui benedicti,
caryophyllorum aromaticorum,

cassia lignea, castorei, cerussa, chamomilla, china china, cyna seminis,

cinna-

Pulvis cinnamomi, citri corticum, coculi, consolidæ majoris, coriandri, croci, cubebarum, curcuma, cyperi rotundi, enulæ radicis, euphorbii, fæniculi, fœnu græci, galanga minoris, gentiana, gialappæ, glycyrrhize, hellebori albi, nigri, ipecacuanha, ireos Florentina, ladani. ligni aloës, quajaci, lini seminis, lumbricorum, litharg yrii, majorana, mandibulæ lucii piscis, mastiches, mechoacanna, meliloti. millepedum,

minii,

P.

mumie, most istal myrrha, oculorum cancrorum, olibani, opopanacis, osteocolla, piperis longi, nigri, pimpinella radicis, pœoniæ radicis, rhabarbari veri, tosti, Monacho. rum, rhapontici veri, sagapeni gummi, Sandarachæ gummi, Sanguinis draconis, hirci, fantali albi, citrini, rubri. Jennæ foliorum, spongia combusta, staphidis agria, Storacis Calamita, succini albi, Sulphuris citrini, tacamahaca, talci Veneti, terræ Iaponicæ, Lemniae, sigillatae Siles. testarum ovorum,

P

Pulvis tormentillae, tragacanthi, turpethi, viperarum Italicarum,

viridis aeris,
vifci querni,
vitri Veneti,
unicornu fossilis,
zedoariae,
zingiberis,

R.

RADICUM SELECTUS.

Radix acetosae,

acori vulgaris,
althæe,
allii vulgaris,
alkannæ verae,
angelicae,
anthorae,
apii,
aristolochiae longae,
verae,
vulgaris,
rotundae verae,
vulgaris,

ari,
afari,
afparagi,
afphodeli,
barbae caprinae,

R.

bardanae,
been albi,
rubri,
brusci,
bryoniae,
calami aromatici,
cardopatii,
caryophyllatae,
chelidonii majoris,
minoris,

chinae, cichorii hortenfis, fylvestris, contrayervae,

consolidae majoris, cucumeris asinini, curcumae, cyclaminis, cyperi longi,

rotundi,
dictamni albi,
doronici,
ebuli,
enulae,
eryngii,
efulae,
fabariae,
faifarae,
filicis,
filipendulae,
galangae,

gentianae,

R.

gialappae, glycyrrhizae, graminis, hellebori albi, nigri, hermodactylorum, ipecacuanhae, ireos Florentinae, nostratis, lapathi acuti, levistici, liliorum alborum, malvae, mechoacannae albae, meu, morsus diaboli, Mungos, Ninsi, vel Ginseng, nymphææ, ononidis, ostrutii, seu imperatoria, pareirae bravae, petasitidis, petroselini, peucedani, pimpinellae albae, nigrae,

plantaginis, pœoniae, polypodii, pyrethri, R.

rhabarbari Monachorum, veri,

rhapontici veri, vulgaris, rubiae tinctorum, faniculæ albæ,

nigræ,

Sarsaparillae,

Satyrii,

Saxifragiae,

Scorzonerae,

Scropbulariae,

Serpentariae Virginianae,

vulgaris,

figilli Salomonis,
tormentillae,
trifolii fibrini,
turpethi,
valerianae majoris,
minoris,
victorialis longae,
rotundae,
vincetoxici, sive hirundinariae,

zedoariae, zingiberis albi,

Regulus Antimonii simplex, martialis, medicinalis,

> vid. antimonium, cui horum regutorum praparatio annexa est,

Resina abietis.

RE-

R.

RESINA GIALAPPÆ.

Pharm. Aug. Ren. pag. 316.

R. Radicum gialappæ quantum libet. Crassiuscule contusis affundatur spiritus vini optime rectificatus, ut tres vel quatuor digitos superemineat. Stent in infusione in loco calido per aliquot dies, postea colentur cum forti expresfione, extractionem hanc toties repetendo, quousque spiritus vini non amplius tingatur, tandem conjunctis & filtratis affundatur aqua fontana, & spiritus vini destillando separetur; resinofa fubstantia gialappæ in fundo cucurbitæ hærens, aquâ clarâ aliquoties lavetur, siccetur & pulverisetur. Liquor autem reliquus tinctus ulterius inspissetur, qui est extractum mechoacanna nigræ.

Resina guajaci, scammonii, vel pulvis syrius,

Pari labore & methodo, quâ gialappæ refina, five magisterium, conficiuntur.

ROOB CYDONIORUM.

R. Succi cydoniorum depurati quantum libet.

Coque ad mellis spissitudinem.

ROOB CYNOSBATI.

y. Succi fructuum cynosbati maturo. rum, auctumno collectorum libras duas.

Succus depuretur, & ad mellaginem igne lento cum facchari libra una infpiffetur.

ROOB EBULI.

Fit, fucci granorum ebuli depurati libram unam cum facchari libra dimidia ad mellis confiftentiam igne moderato inspissando.

ROOB JUNIPERI.

R. Baccarum juniperi maturarum re-

R.

centium conquassatarum, quantum

Coquantur in aqua communi, donec mollescant, tum per setaceum colentur ac modice exprimantur. Succus inde prolectus ad consistentiam mellis cum sacchari dimidio pondere, ut artis est, lento igne redigatur.

ROOB NUCUM.

84. Succi è corticibus viridibus nucum juglandium, canicularibus diebus expressi & depurati libras duas, mellis despumati libram unam. Coquantur ad justam consistentiam.

ROOB SAMBUCI.

Ry. Succi baccarum fambuci maturarum partes duas, facchari albiffimi partem unam.

Igne moderato, cavendo empyrevma, coque ad consuctam consistentiam.

ROOB SPINÆ CERVINÆ.

Fit è succo baccarum maturarum spinæ cervinæ eodem modo, ut in præcedentibus dictum.

ROTULÆ BERBERUM.

Disp. Brand. pag. 153.

Re. Sacchari albissimi libramunam. In pulverem redactum in vase terreo vitreato, leni admodum igne, incalescat, cui tum adde succi berberum per residentiam optime depurati uncias tres, sicque absque omni coctione in consistentiam tabulati reduc, ac in rotulas, ut artis est, effunde.

ROTULÆ DIAIREOS.

ву. Specierum diaireos fimplicis unciam unam,

facchari albissimi in sufficienti quantitate aquæ violarum soluti, & ad consistentiam tabulati cocti uncias octo.

Mifce, fiant lege artis rotulæ.

ROTU-

R.

ROTULÆ DIASULPHURIS COMPOSITÆ.

g. Specierum diatragacanthi frigidi diaireos fimplicis ana drachmam femis, florum fulphuris ferupulum unum, croci orientalis grana quindecim, Sacchari albiffimi uncias quatuor.

Mifce, fiant rotulæ, & fi placet, irrorentur olei anifi guttis decem.

ROTULÆ MANUS CHRI-STI SIMPLICES & PERLATÆ.

Pharm. Aug. Ren. pag. 121.

2. Sacchari albiffimi libram unam, aquæ rofarum quantum fatis pro facchari folutione.

Coquantur, utartis est. Quod si margaritas addere volueris, injiciatur sub finem

margaritarum præparatarum uncia

Nota: si margaritarum loco matris
perlarum præparatæ æquale pondus adjeceris, tunc pretium, non
virtus, diminuetur, & sacchari perlati nomine hæ rotulæ alias veniunt.

ROTULÆ CONTRA VERMES.

Pharm. Aug. Ren. pag. 121.

y. Seminis fancti unciam unam femis, farinæ lupinorum unciam unam, dictamni albi,

Cretici ana unciam femis, cornu cervi ufti,

fcordii veri ana drachmam unam femis.

croci drachmam femis, grana fex, facchari albi, aqua abfinthii foluti quantum fatis.

Fiat confectio, vel potius rotulæ.

S.

Saccharum Canariense, cantum album, rubrum, viola-

clarificatum,

SACCHARUM LACTIS.

Ry. Lactis vaccini, nondum acidi, menfuras octo,

coque & præcipita cum

fpiritus vitrioli drachma una. Postea clarifica, & abstrahe per alembicum ad cuticulam, repone in cellam, & crystallos acquires.

SACCHARUM PENIDIUM.

Disp. Brand. pag. 155.

Saccharum ad confistentiam justam, secundum artem coctum, super tabula marmorea, oleo amygdalorum dulcium imbuta, essusum, donec eatenus refrigescat, ut terebinthinæ densæ instar, manibus tersis & amylo sæpius aspersis, super unco serreo iterato & operose tractari, ac, filorum instar crassorum, aut funium duci, tandemque, postquam sufficienter resrixerit, ac candorem contraxerit, in bacillos oblongos, digitum circiter crassos, contorqueri, ac efformari possit.

Saccharum perlatum vid. Rotul. manus Christi.

SACCHARUM ROSATUM TABULATUM.

Pharm. Aug. Ren. pag. 122.

pulverisentur subtilissime, & irrorentur spiritus vitrioli guttis duodecim, præter tantillum aquæ rosarum, pro intensiori colore rubro impetrando, postea immisceantur

facchari albi, in aqua rofarum dif-

S

foluti, & ad debitam consistentiam cocti unciæ quatuor, siat consectio in tabulis.

SACCHARUM SATURNI CRYSTALLISATUM.

Difp. Brandenb. pag. 155.

R. Minii aut lithargyrii quantum vis, affunde in vase commodo aceti de-Rillari acerrimi, quantum fufficit, ad eminentiam quatuor ad minimum digitorum, digere in loco moderate calido, fæpius, initio præfertim, materiam bacillo aut spatula lignea, ne nimium concrescat, subruendo, per unum alterumve diem, donec acetum faturato flavescat, interea cavendo ab odore exhalante, pulmoni. bus noxio (hinc in loco à continuo usu sequestrato laborem hunc fieri oportet) fic acetum particulis faturni falinis imprægnabitur, atque mutato colore & fapore dulcescer, & flavescet. Extractionem aut solutionem potius decanta, ac novum acetum destillatum affunde, ut denuo aliquot digitos superemineat, ac, donec dulcescat & flavescat, digere, idque toties itera, novum acerum destillarum affundendo, donec dulcescat. Extractiones omnes conjunge, ac acetum abstrahe ad mellaginem, huic affunde aquam pluviam destillatam, solve, digere aliquantisper, donec faces ad fundum fecedant, clarum deple, & denuo recentem aquam residuo affunde, idque toties, donec omnis dulcedo foluta & extracta, fæcibus folum nonnullis residuis; extractiones has omnes, per chartam emporeticam colatas evapora, & obtinebis fal in cella humida in liquorem refolubile. Quod denuo aceto destillato solvendum, actres pluresve dies in cineribus calidis digerendum, fæpius de die movendo, tum demum filtrandum, ac evaporatione ad cuticulam facta, in loco frigido crystallisandum.

ni albi, in equa referem dif-

S.

Quod ut citius & felicius fiat, affuso spiritu vini rectificatissimo crystallis, eas paululum digere, & spiritum ad medietatem rursus abstrahe, ac in longe nitidiores abibunt crystallos.

Saccharum Thoma.

SALIUM SELECTUS.

SAL ABSINTHII.

Pharm. Aug. Ren. pag. 311.

